

A SAL enim symbolum est æternitatis, quam proteſtabantur illi qui offercebant ſacrificium ſalutum. Quippe ſal diuertiſſimè conſervat corpora, & quodammodo reddit immortalia. Levit. c. 4.

Etiam Ramus olivæ quam demitit columba ad arcam, æternitatem indicavit, ſecundum Pierium in comment. c. 8. Gen. cuius ſymbolum oliva.

Ægyptii per Baſilicum æternitatem ſignificabant, quòd ſerpens ille vi interfici nequeat, quam aerem inſiciat, & veneno noceat, ne quis audeat appropinquare. Vide Pierium l. 14. c. 10. Hieroglyph.

Æthiopia.

D Uplex eſt in S. Literis: ut notat S. Auguſt. q. 20. in c. 12. Num. Una Occidentalis ultra Ægyptum: puta Abyſſia, ubi modò regnat Proto-Ioannes, quæ ſola modò Æthiopia vocatur. Altera Orientalis, quæ eſt Arabia, quam incolunt Iſmaelitæ, Madiantæ, & vocantur Æthiopes: quomodo dicitur uxor Moysiſſe Æthiopiſſa Num. 12. quæ tamen erat Madiantis.

Æthiopes olim imperium latè extenderunt, potiùs Ægypto, aliſque Orientis & Aquilonis Regionibus. Unde & nomen Æthiopia illis adhaeſit.

UNDE DICTA.

Ab Æthiopo Uulcani filio nomen ſortita fuit hæc Provincia: ita Plin. l. 6. c. 30. vel ab ætho, quod eſt ardeo; & æl, quod eſt adpectus: quia incolarum facies Solis ardore aduſta eſt: quod tum eveniſſe comminſcuntur Poetæ, quando Phaeton Solis currum regendum ſuſceperat, & ignarus via terram illam aduſſerat. De quo Ovid. lib. 2. Metamorph.

Reges Æthiopiæ.

Quæ Tit. Magiſtratus Chronologicè conſideratur De Rege ſuo, Æthiopiæ commentum.

Narrat Generardus, & Muſterus in Chronol. & Cosmogr. Æthiops exiſtimate, natum Regem ſuum, qui ſit albo colore, ex ſtirpe David, jam inde ex quo Regina Saba (nominè Maquæda vel Nicaula) filium Salomoni peperiſſet, ei nomen David imponendo. Meminit Lorin. in Acta Apoſt. c. 8.

COLOR NATIVUS ÆTHIOPUM.

Æthiopes nigro colore toto corpore naſci, dentibus exceptis, quos ebor candidiores habent, notorium eſt; non tamen ſecundè omnes in ſummo gradu nigri ſunt, nam quidam ſurſi duntaxat apparent & ſubnigri tantùm. Cauſa hujuſ rei eſt ſolarium radiorum virtus & vicinitas. Unde gentis nomen apud Græcos ab ætho, quod ſignificat ardeo, uro; & voce æl, quod faciem ſignificat, deſumitur. Poetæ cauſam referunt in Phaetonte, quem poſt ſuſceptum regimen ſolaris curruſ, voluſiſti Regioni nimium appropinquaſſe, eamque aduſiſſe. Vide lib. 2. Metamorph.

Ævum.

DEFINITIO & ETYMOLOGIA.

ÆVUM Græcè αἰών, quod deducitur à αἰώω, quod eſt ſemper eſſe, continetque durationem temporis innotam, etiam juxta Ariſtotelem. Latini æternitatem: D Hebræi עולם ebolam, cum 7: aliàs ſignificaret annum Jubilæi, vocant. De quo paulo antè. Tit. Æternitas, & Ætas, nonnulla dicta fuerunt.

Affabilitas.

DEFINITIO & ETYMOLOGIA.

EST AFFABILITAS, ſuavitas quædam morum, atque ſermonis comitas, in hominum conſuetudine uſurpata. Quomodo Eccleſiaſticus dicit: Congregationi pauperum te affabilem facito. Et Cicero l. 2. Offic. Difficile dicitur, ait, quanto perè conciliat animos hominum, comitas affabilitasque ſermonis. Græcè εὐπροσγογία appellatur, & Hebræicè צבון, id eſt, gratia, dulcedo, à verbo Chanan, benefecit.

PRÆCEPTA.

Exſtant epistoſa Philippi ad Alexandrum, & Antipatri ad Caſandrum, atque Antigonæ ad Philippum, quibus præcipiunt, ut benigna oratione animos multitudinis ad benevo-

lentiam alliciamus. Cicero ſuprà, & Eccl. c. 4. monet, nos E affabiles faciamus pauperum congregationi.

ADHIBITA ET USITATA.

EXEMPLA S. SCRIPTURÆ.

Moysiſſe miriſſimus omnium hominum, omnes populi ingratè contumelias ſolitus abſorbere; etiam cum eas Deus vellet vindicare, populum ejus in indignatione ſubdecebat. Atque poſt illatas injurias, miti ſermone eum ſolabatur, oraculis delinibat, ſovebat operibus. Amb. l. 2. off. c. 7.

S. etiam David electus ex omnibus ad plebem regendam, quam mitis erat, & humilis ſpiritu: ut qui Rex conſtitutus, omnibus fe æquabat, in imperio manſuetus, patiens in convitio, paratus magis ferre quàm inferre injurias. Ideoque omnibus charus, officiis & comitate plebem ac principes ſibi obligaverat. Idem ibid.

Etiam filius ipſius Abſalon hoc affabilitatis artificio ſe in Regem conſtituere, & populum in favorem ſuum pellicere moliebatur. Ideoque adventantes comiter excipiebat, dicens: Quis me conſtituit judicem ſuper terram, ut ad me veniant omnes, qui habent negotium, & juſtè judicem? Sed & cum accederet ad eum homo, ut ſalutaret illum, extendebat manum ſuam, & apprehendens oſculabatur eum. 2. Reg. 2. 13.

ABIGAIL uxor Nabal Carmeli, poſtquam audiviſſet, quæ Nabal vir ſuus in Davidem contumelioſè dixerat, jamque de eodem ſibi metueret, paravit munera, & venit in occurſum ejus, & proſtridit coram eo in faciem ſuam, & adoravit, multoque ſermone, blandique verbis, illius furorem mitigavit, ſic ut diceret David: Benedicte Dominus Deus Iſrael, qui miſit te in occurſum meum hodie, & benedicimur eloquium tuum, & benedicita tu, quæ prohibuiſti me hodie, ne irem ad ſanguinem, & ulciſcerer me de manu mea. 1. Reg. c. 25.

Admirabilis quoque affabilitas in S. Paulo elucet, dum res ipſius geſtas quas Lucas deſcripſit, & epistoſas conſideramus. Quid enim aliud ſpirant, præter morum verborumque ſuavitatem & comitatem? Docent id ſalutationes humaniſſimæ omnibus epistoſis adſcriptæ, & eloquijs ornatæ: docent adhortationes conſolationis plenæ: docent mores quos inter primos illos Chriſtianiſmum obſervavit: Cum enim liber eſſet inquit, omnium me ſervum feci, ut plures lucrifacerem.

EXEMPLA HISTORICA.

TITUS Veſpaſianus erga omnes ad fe venientes comis erat, & benignus, ita ut vel hac ratione ſubditorum quorumvis adfectum in fe provocaret. Cùmque moneretur à nonnullis è Proceribus, quòd plura polliceretur, quàm poſſet præſtare, reſpondit: Non oportet quemquam à Caſaris colloquio tristem diſcedere. Svet. in Veſpaſiano.

HADRIANUS Imp. quoſcumque etiam inſimæ: fortis humaniter excipiebat, & iis ſuccenſebat, qui eam comitatem redarguebant, quaſi que dedecet majeſtatem Principis, cum ille potiùs per eam hanc augeti & firmari diceret. Polyanth. Langii ex Diene, hoc Tit.

Affabilitatis vim & effectum Horatius depinxit his exemplis.

Sylveſtres homines ſacer, interpreſeque Deorum Cæditus, & ſtado vitæ deterruit Orpheus: Dicitur ob hoc lenire tygres rabidoſque Leones. Dicitur & Amphion Thebæna conditor arcis Saxa movere ſono teſtudinis, & præce blanda Ducere quo vellet. In arte Poetica.

Præclara, & non reticenda Magnatum virtus, quibusvis ad eorum patrocinium conſugientibus aures patentes præbet, ac Principis majeſtatem tempore & loco ſervare. Quo in genere non pauci excellere: nos ex iis clariore in medium adducemus. Et ut mundi redemptorem Chriſtum ſileam, cuius omnis prædicatio, converſatioque mirè affabilis, D. Ioannem Eleemoſynarium referam, qui Patriarchatus munere inſignitus, bis per hebdomadam patentibus portibus cuius aures accommodabat: cumque, ut ſit, conſeſſores ſui quòſdam durius increpatos repellere, eos his verbis compellat: Cum nos ad Deum ſine intereſſore liberè accedamus, qui tamen homines ſumus; in quomodo & non confervis noſtris portas referamus, & benignam cuius aures præbamus; æquè præclare ac Veſpaſianus ille illo, qui neminem à Caſaris colloquio tristem diſcedere oportere reſpondebat: ut quæſt eſt Svet. Sur. tom. 1. in vita.

A IDEM cùm aliquando præſeſſet, omnium alloquio querelique excipendis paratus, & nemo pro ſubſidio acceſſeſſet, velle ſubſtriliſſis abiit. Cauſam verò ſciſcitant, cur triſtor vpperaret: Hodie, dicebat, nullus à me quidquam accipienteque minimum quidem piaculum offerre potui Chriſto pro peccatis meis. An non ea laude dignus, qua is apud Quirites, qui amiciſe diem perdiditſſe conqueſcebatur? Ibid.

Cum ad Primum II. Pontif. ſenſe verbis ſupra modum profuſus, petendi quippiam gratia acceſſiſſet, eumque quia profuſiorem quidam de aſtantibus moneret; verè pius Pontifex, omnia illum ab exordio repetere imperat, vultuque ſerentibus in alterum retorto: Neſcis, ait, ex quo Pontificatum inji, aliis vivere me oportere, non mihi: rorum exemplum humanitatis, quod meritò emulatore poſteri. Ex Ioan. Ant. Camp. in vita. Beyerlinck in Apoph. Chriſt.

Quis Auſtriacæ ſtirpis primam quaſi radicem Rudolphum ſine injuria ſileat? Cum enim frequentior ad eum foret populi conſueſſus, & fatellitum quòſdam tenuiſſos fortuna ad ſe affectantes ſubmoveri adverteret, non ſine ſtomacho edixit: Per Deum (iſta ejus verba ſunt) finite homines ad me venire. Non enim idè ad Imperium vocatus ſum, ut in arcuſa includar. Meminerat prius Imperator, Regem regum, dum inter homines degeret, diſcipulos increpaſſe, quòd parvulos, id eſt humiles & abjectos, à ſe removerent: Talium, inquit, eſt regnum caelorum. Reſert l. Lipſius lib. 2. Mon. Polit. c. 7. & ex Beyerlinck ſuprà.

HENRICUS Imp. Frederici Fil. ita in rebus aſſiduis, ut vix ſero cibum caperet; momentibus autem, valetudinis curam haberet: Privato, ait, homini tempus cibi eſt, cum id lubet aut ſolet: at Regi, ſi nomen ſuum non abdicat, id ſolum quo vacat. Ibid.

ALPHONSI Regis quam ſimilis vox & animus! reprehendus enim quòd erga hoſtes & ſubdiros fe affabilem & manſuetum præbet: Nihil, ajebat, magis advenſariorum animos ſecti, quàm placabilitatis & manſuetudinis nomen. Ex Panorm. lib. 3. de Geſtis Alph. Beyerlinck.

Addamus inelytum hoc & rarum exemplum. Cum Noribergæ aliquando verſaretur Ferdinandus Imp. (alii referunt ad Maximil. I.) quendam è primatibus rogat, quomodo tantam multitudinem regentem qui reſpondit: Blandis verbis & atrocibus poenis; ſi enim debent imperia eſſe conſtituta, ut gubernatores omnibus comiter preſeant, & in poenis adhibendis gravitatem ſervent. Phil. Camer. in locis Manlii. Requiratur Locus de Alloquio ſacili, & commun. Item de Benevolentia, humilis ſui exiſtimatione, &c.

Affectatio.

DEFINITIO & ETYMOLOGIA.

AFFECTATIO eſt ſtudioſa inveſtigatio ſive uſurpatio nominis vocum, ſermonum, veſtium, aut aliarum rerum; eſtque verbale ab Affecto, quod idem eſt ac curioſè indago, ſive anxie exquiro, & ſubſeque, & juv. doctus Græcis, atque ab Afficio deduci, ait Feſius. Cur non potiùs ab affectu etymon ſumamus? nam qui nimio adfectu rem quampiam proſequentur, eam affectare dicuntur. Ita Plinius, Tanta eſt, ait, decoris affectatio, ut oculi quoque tingantur. lib. 11. c. 27.

Vide locum de Grammatica. Tit. Inventores Grammaticæ.

Item locum de Sophiſtis, quibus proprium affectare eruditionem.

Denique ſuprà locum de Emulatione.

Nonnulla nihilominus de hoc argumento ſubjungemus, quæ loco huic propria.

ANICULA Theophrasto licenti quiddam, idque admodum Atticè: Hoſpes, inquit, non vengo tant: notans illum quaſi non eſſet Atticus natura, qui ſupra modum affectaret Atticifimum. Id enim ſolent hoſpites, dum in aliena lingua volunt videt diſert. In Apoph. apud Lycost. Beyerl. in Apoph. Chriſt.

FORVINTUS ad adoleſcentem præſeſſe, & jam obſoleta vocum affectatorem: Curtius, inquit, & Fabricius dilucidè cum ſuis fabulati ſunt: neque Aruncorum, Sicanorum, aut Peſaſgorum, qui primi Italiam incoluiſſe leguntur, ſed ita ſue verbus locuti ſunt: tu verò perinde quaſi cum matre Evandri loquaris, verbis jam olim deſitis uteris. Quòd ſi intelligi non vis, quæ loqueris, nonne hoc abundè conſequeris tucens? Plut. lib. 6. Apoph.

MELANTHUS interrogatus, quid ſentiret de tragedia Diogenis? Non vidi, inquit. Noravit affectationem Diogenis in ſcribendo quæ ſapenumero non minima obſcuritatis cauſa eſt. &c. 75. diogen.

Oſcus Rhetor quidam clariffimus, cum adeò loquendo ſimul & ſcribendo affectaret, ut nil abſque ſchemate proferret, Pacatus obviam ei veniens dixit: Poteram dicere, Ave Oſce. Irritit hominem affectatorem, ſalutatione affectata. Uſus eſt enim occupatione affectata, præter omnem neceſſitatem. Lib. 8. apoph.

Polus ſophiſta cum daret operam, ut nimis affectatè loqueretur, atque hinc immodicè gloriaretur, Plato hominem ſic taxavit: O Pole! ut te tuo alloquar modo. Polus autem Græcè ſonat pullum equinum. Voluit autem taxate hominis affectatè loquentis arrogantiam. Laert. lib. 3.

DEMONAX quum interrogaret quendam, atque is verbis nequam vulgariſſis reſpondiſſet: Ego, inquit, amice, te nunc interrogo: at tu perinde reſpondes, quaſi viveret adhuc Agamemnon. Eraſt. lib. 8. apoph.

IDEM quendam Rhetorem audiens ita loquentem. Hora nimium jaculatrix adveniens regionem herba deſectam reddidit: Non ſines, ait, mecum ut cum turba agere? Notavit autem his verbis, ſermonem hominis plus fatiſ affectatum. Plutarch. in Rom. apoph.

IDEM Phavorini diſtinctionem ut nimium compoſitam ſolebat arguere ridiculè: quod cum ille agrè tuliſſet, ait: Ut Philoſophum veſtis neglectior, ita oratio deſect inſufficiat. Eraſt. l. 8. apoph.

Mæcenas cum verbis affectatis ſcribere ſoleret, ab Auguſto hac valedictione detriſus eſt: Vale mel gentium, melcule, ebur ex Hetruria, Jaſer Aretinum, adamas Supernas, Tiberium margaritum, Cilneorum ſmaragde, Jalpis figulorum, Berille Porſennæ, &c. Macroh. lib. 2. c. 4.

AFFECTATIO VESTIUM.

IDIOMATIS PEREGRINI, &c.

Ceterum ridiculi ſunt & ſuperbi, inquit Simon Majorus in Diebus ſuis Canicularib. Colloq. de aula & caula Tom. 2. qui ſibi folis placentes, alienigenas ementiuntur veſtigium alienigenoſque nutriunt famulos, ut alienigenarum linguarum cognitionem habere apud vulgus videantur, cum tamen materiam vix calleant. In hujuſmodi oſtentatores ridiculos Thomas Morus eleganti carmine invehitur, introducit; amicum quendam ſuum, quem vocat Gallicæ lingue affectatorem:

Amicus (inquit) & ſodalis eſt Lalus mihi, Britannique natus, aliſque Inſula. At cum Britannos Gallia cultoribus Oceanus ingens, lingua, mores dirimant, Spernit tamen Lalus Britannica omnia, Miratur, experit cuncta Gallica, Toga ſuperbit ambulans in Gallica. Amatque multum Gallicas Lacernulas, Zona, Locello, atque enſe gaudet Gallico, Filtro, Bineto, pileoque Gallico, Et calceis, & ſubligari Gallico, Toroque denique apparatus Gallico. Nam & virum habet miniſtrum, eumque Gallicum, Sed quem (licet velit) nec ipſa Gallica Tractare quirit plus (opinor) Gallicè. Stipendium nihil dat, atque id Gallicè, Veſtigium tritis panmliſ, & Gallicè hoc, Alit cibo parvo, & malo, idque Gallicè, Labore multo exercet atque hoc Gallicè, Pagnique crebro pulſat, idque Gallicè. In coctu, & in via, & foro, & frequentia, Rixatur oburgatque ſemper Gallicè. Quid? Gallicè illud? imo ſemi-gallicè. Sermonem enim (ni fallor) illic Gallicum. Tam allet omnem quam Latium Pſitacum. Creſcit tamen, ſibi que nimium placet Verbis tribus ſi quid loquatur Gallicis: Aut Gallicis ſi quid nequit vocabulis, Conatur id, verbis licet non Gallicis. Sonoque ſaltem perſonare Gallico, Palato hiantè, acutulo quodam ſono, Et ſamine inſtar garrientis maliter, Sed ore pleno, tanquam id impleant ſabe. Balbusiens videlicet ſueviter, Preſſis quibusdam litteris Gallicis quibus Ineptientes abſtinent, nihil ſecus Quam Vulpe, Gallus rupibusque novita.

A Sic ergo linguam ille & Latinam Gallicè,
Et Gallicè linguam sonat Britannicam,
Et Gallicè linguam refert Lombardicam,
Et Gallicè linguam refert Hispanicam,
Et Gallicè sonat Germanicam,
Et Gallicè omnem, præter unam Gallicam,
Nam Gallicam solam sonat Britannicè.
At quisquis insulam sonat Britannicam,
Sic patriam insulens afficiat suam,
Et more Simile labore fingere
Et emulari Gallicas inceptas:
Ex amne Gallo ego hunc opinor ebrivum.
Ergo ex Britanno ut Gallus esset mititur,
Sic Dii iubete, ex Gallo fiat capus.

Affectus.

Prout variè accipitur, varius, Virgata
Cardinalis, Corporis, & Animi.

AFFECTUS CARDINALIS.

Non consideratus in collatione officiorum,
bonorum, &c.

EXEMPLA S. SCRIPTURÆ.

MOYSES, quamvis populo Hebræorum ductor à Deo constitutus esset, & ab arbitrio illius cuncta penderet, non legitur tamen, quod ulli filiorum suorum de Magistratu providerit. Quin morituros Dominum rogabat, ut populo de idoneo duce proficeret, nulla filiorum aut consanguineorum facta mentione. Etiam distribuit Levitis XII. boves, & lex plaustra, quos obtulerant Principes filiorum Israel: at filiis Gaath sibi magis propinquus nullum elargitus est. *Nu. 7. & 27.*

IOSUS qui Moyse successerat in functione, etiam in hac re successus datus fuit. Nam cum terram distribuere in filios Israel, iis qui de tribu sua erant, ad eam parvam portionem assignavit, ut adversus eum murmurarent. *Ioseph. c. 17.*

Perenti matri filiorum Zebedæi, ut duo filii ejus, unus ad dextram Salvatoris, alter ad sinistram sederet in regno ejus, nullo habito cognationis respectu (erat enim ipsius matertera secundum carnem) durius respondit Dominus, significans, primas illas sedes occupari ab iis, quibus à Patre celsitudo datum fuerat. *Matth. c. 20.*

Idem etiam Dominus generalem Ecclesiæ gubernationem & principatum, non Joanni & Jacobo cognatis suis, quos fratres vocat Lucas, sed Petro credidit, cumque Ecclesiæ fide inviolabilem petram esse voluit. *Matth. 16. ac ovile commisit, Joan. 20.*

POSTPOSITUS AMORI DEI.

Insignis illa, quæque sibi patrem non habuit Machabæorum Mater, æterna memoria digna, septem filios uno tempore pro paternarum legum iusta defensione supplicis tradidit, præmittere gestiebat ad palmam, maternumque affectum plusquam virili fortitudine superavit. *2. Mach. c. 7.*

Dicebat quidam Christo ad turbas loquenti, Ecce mater tua & fratres tui foris stant, & te expectant. Cui ille: Quæ est mater mea, & qui sunt fratres mei? Quicunque fecerit voluntatem patris mei qui in cælis est, hic frater meus, & mater mea, & soror est. *Matth. 12. Luca. c. 8.*

Idem approbans Petri confessionem, quam de ipso, nomine aliorum, fecerat, dicebat: Caro & sanguis non revelavit tibi, sed pater meus qui in cælis est. *Matth. c. 16.*

PAULUS Apostolus commendans Evangelium suum, dicit: Ut complacuit ei qui me segregavit ex utero matris meæ, & vocavit, &c. continuo non acquievi carni & sanguini: sed abijt in Arabiam, ad Gal. 1.

Videatur titulus de statu Religionis. Vbi de iis, qui in vitiis parentibus Religionem amplexi.

Item de Bonis terrenis contemnendis.

AFFECTIO, AFFECTUS.
Qui idem est, quod ægrotudo quædam, πένθος, Græcis, aut defectus corporis, & ejusdem curatio.

Quare Titulum de Morbis, ubi in genere: hic in singulis membris considerantur.

Ac primum capitis externi affectus.
Vide Caput.
FACIÆ AFFECTUS.
Contusio. Hujus.

OLYMPIONES quidam luctator, cum pugnando ita mutilatus esset facie, ut sibi planè dissimilis videretur, hereditate quoque paterna exidit, quoniam frater imagine illius picta jam olim, coram iudice prolata, eum non esse fratrem suum convicit. De quo sic Lucillus 2. *Epigr. Græcor.*
ὄψιν δὲ τὴν βέλτερον Ὀλυμπιονίκου, εἴχε τὴν πρόθετον
Ῥίνα, ἴστων, ὄρω, ὄταρα, βίραρα.
Ἐτ' ἄντρα λάρναξ πικτή, ἀπὸ δὲ πύργου
Ἐξ ἡμῶν πατρὸς μὲν λαβὴν τὸ μῦθος.
Εἰκότων δὲ ἀδελφὸς ἔχον ἀποκλιθεῖσθαι αὐτῶν.
Καὶ νέεσθ' ἀλόγιστον, μὲν δὲ ἴστων ἔχον.

Idem de STRATOPHONTE:
Εἰσεπίτας εὐδοκίῳ ἰδύσασθαι εἰς τὰ παρῆς,
Ἐγγὸς τῷ μισθῷ ἀργῶ, ἰδὼν δὲ κούον.
Ἄλλα σὺ πικρὰς ἀπαρῶν εἶπὲν ἰσάρας ἀρεῖς,
Ὅδ' ἴστων ἔχον, τῆ δὲ πύργου γέγραπας.
Ἦν ἰδύσας δὲ ἀδελφὸν ἰδὼν ἐς ἰσάρας σναῖψ,
Ὅδ' ἐπὶ ἀπαρῶν αὐτῶν εἶπας, οἴστας.

Idem de APOLLIPHANE:
Κόσμον δὲ κεραλῶν ἀλλοτρίων γέγοντας,
Ἦ δὲ σπικῶν ἐυβλαστῶν τὰ κατὰ.
Ὅντος μυστικῶν ἀντιπαρατά λαβῶν, ἔδρα,
Γραμμάτια δὲ λυρῶν ἁδία, ἔδρα.
Πᾶσι ἀπορῶ πικρῶν, ἔδρα ἰσάρας ἔχον.
Ταῦδ' ἔχον ἔχον, πᾶσι δὲ δῶσασαι.

Cura.

Thapsia Nero Cæsaris claritatem dedit imperii, nocturnis grassationibus converberatam faciem illius sibi cum thure ceræque, & sequito die, contra famam cutem sinceram circumferens. *Plin. lib. 13. c. 22.*

VULNERA.

Apud Horatium cœnta jocatur in cœntam accepto convitio minantem capite moro, quum in fronte scdam haberet cicatricem: Quid faceres, inquit, si cornu tibi non esset excisum, quum sic muleris minteris? *Eras. in Adag.*

M. ATTILIUM Regulum consulem captum Carthagenenses Romam miserunt, ut de permutatione captivorum agerent. At is permutationem Rom. senatui dissiuadet, quod se venenum tabificum hausisse diceret. Itaque Carthagenem rediit. Carthagenenses eum in profundissimo carcere incluserunt: mox relictis palpebris splendidissimo soli exposuerunt: machina præterea, in qua undique præcæti flumini eminebant, inclusum, vigilantia pariter & continuo tactu doloris necaverunt. *Valerius Max. lib. 9. c. 2. Gell. lib. 6. c. 4. Polyb. lib. 1.*

Gothicis bellis constat ab hoste barbaro Trajanum cuidam super oculi dextri partem sic adactum spiculum, ut mox dilapso ligno occultaretur omnino ferrum, nec vim doloris ullam vulneratus perferret: quin anno demum quinto citra molestanti prostratus promi spiculi summum cepit, atque inde amplius emergens, liberum denique Trajanum comparabat relicurum. *Cel. lib. 11. c. 12. A. L.*

Quum Romanæ copiæ in agro Kemarckenfi, in Pannonia capite sito, ab Hunnis profligatæ ac caese essent, & alter ducum Maorinus, fortiter redintegrato fragio occubisset, Thetricus Maorini collega frontis infixæ faciei, faucibus cum his, qui superfueraut, evasit, truncumque fugavit, quem excutere nequiverat, in venatium usque Romanum retulisse fertur. *Bois. lib. 2. Dec. 1.*

HALDANUS Borcari Danie ducis F. post Danorum rex, cum parente primitias ingressus militiæ adversus Russos piraticam agentes, devictis hostibus, trophæa retulit non vulgaria. Sed in congressu vulnus faciei accepit, quod nulla medicæ artis peritia potuit in integrum restitui, addo excrementa carnem putrem alebant, ut deformitatem oris insignem faceret. *Cron. lib. 2. Danie, c. 8.*

OCULORUM AFFECTUS.

Vide Oculus.

NARIUM AFFECTUS.

MUTILATI NARIBUS.

GRÆCI octingenti turpiter mutilati à Persis, ab Alexandro Magno, cum in patriam pudore ducti redire nolent, magnificè donati à Asia remanserunt. *Diod. lib. 17.*

LATRONES naribus mutilatos exulare jussit in ultimis desertis Æthiopum rex Actifanus, ubi urbem Rhinoceram adificavit. *Diod. l. 1. c. 4.*

HERA-

A HERACLONAS Heraclii ex Martina filius, abscisso naso in exilium pulsus est cum matre. *Sigeb. in Chron.*

CONSTANTINUS Pagonatus Imper. Heraclium & Tiberium minores fratres interfecit crudeliter: verius, ne quandoque sibi imperantii offerrent. Eos pueros adhuc illatis naribus deturpasse, quidam tradunt, ne ad imperium aliquando aspirarent. Nam Orientales populi Chrysolim post Constantii obitum convenerant, magnis clamoribus perentes, ut duo fratres Constantini pariter coronarentur, ut sicuti crederent trinitatem, ita & à principibus tribus regerentur. Constantinus promissit: sed seditionis auctores capite multavit. *Cuspin.*

Hunericus Genferici Vandalorum Regis in Africa uxorem suam Theoderici Vefgothorum Regis Filiam auribus & naribus mutilavit, ob levem suspitionem parati veneni, patrique suo in Gallias remisit. *Cuspin.*

JUSTINIANUS II. Imp. à Leontio Patricio regno privatus & naso linguæque mutilatus fuit. *Sigeb. in Chron. Paulus Diac. l. 20. rerum Romanarum, Blondus lib. 10. dec. 1. Poin Chronico, Zonaræ Tom. 3.*

LEONTIUS Patricius Constantinopolitanus, pulso Justiniano, cum tres imperasset annos, à Tiberio cognomento Apfimarò, Constantinopolitano, qui Africa præerat exercitum, captus, & truncatis naribus in custodiam missus est. *Sigeb. Leonem vocat.*

Mortuo Heraclio, Constantinus hæres regi à patre constitutus, cæterum dolo Martine uxore veneno sublatu est. Timebat enim, ne filius suus Heraclonas unquam in regno succederet. Regnum autem cum nondum biennium cum filio administrasset, conspiratione Senatus capti, & in exilium in Cappadociam missi sunt. Mulieri lingua præcisa est: puero abscissus nasus. *Ex Sigeberto Cuspin.*

A Bajazetho II. maxima clades Christianis in Liburnia (quam nunc Croatia dicimus) illata est, & septem millia hominum ut prælio interfecta. Confluxerunt in ea pugnam millia Hungarorum, Croatorumque, quorum terram assiduis excursionibus vastabant Turci. Victor hostis, ut castrorum numerus commodius mitteret, nates jacentium Cæxæcos, batheloolque insertas, secum exiit. *Cuspin.*

TONSOR labris ac naso mutilatus ab Ungaræ Rege Mathia Corvino, quod is in regio cubiculo minister Aragonii Cardinalis legati, uxoris suæ fratris, posteriores vestium partes per jocum mutilasset, & ejus facti causam risu regi falsus esset. *Fulgos. lib. 6. c. 2.*

LADOVICI Malani Flandriæ ducis uxor, Brabantie Reguli F. puellam ex marito gravidam dolis ad se accersivit, & inopiantem nates abscidit. Quæ tertio post die præmaturò partu gemellos masculos enixa, statim unâ cum infantibus expiravit circa ann. Christi 1383. *Iac. Marchantius de rebus Flam.*

Felicianus Zaachus Caroli I. Ungarorum Regis familiaris, ut regno potiretur, solus regem de more adiens, stricco ense ferit. Itaque à satellitibus membratim disceptus est: & Clara filia, reginæ familia, labiis, naribus, oculoque digitus mutilata, per compita circumducta, in trivis alta voce proclamare fuit coacta. En digna conditionis præmia. *Bois. l. 9. Dec. 2.*

ROBERTUS Antifiodorensis Imp. Constantinopolitanus virginem insignis formæ Græcam nobilem sibi despondit uxorem: haud ignarus, prius eam uni purpuratorum Burgundo, qui ordines in Latiorum ductabat exercitu, à matre Puellæ esse desponsatam. Burgundus contumelias impatiens, nocturno facto impetu, cum amicis & commilitonibus in regiam irrupit, puellæ palatium effraçis cubuli foribus ingressus est, dehoncstatumque naribus puellam occidit. *Cuspin.*

Scripti Fernelius, in quodam Milite qui remisit erat naribus ex fediore quadam eluvie, diutius cohibita, vermes duos villosos instar digiti ille genitos inventoque esse, qui tandem in furorem illum adegerunt, febreque non admodum manifesta de medio sustulerunt die circiter vigesimo.

HÉMORRAGIA.

Ex Tit. corum, qui Sanguinis fluxu sunt mortui, quadam hunc transferrè possunt exempla.

ORIS AFFECTUS, TAM EXTERNI QUAM INTERNI.

MENTAGRA.

Mentagra, Lichenis species, à mento orta, oculi contagio, & inde faciem occupans, sædo cutis fissure, Tiberii

Claudii Cæsaris principatu medio itrepsit primum in Italiam, quodam Perusino Equite Romano quæstorio scriba, cum in Asia apparuisset, inde cognationem ejus importante. Nec senescere id malum semine, aut servitiam, plebique humilis, aut media; sed proceres, veloci transitu oculi maxime, fediore multorum, qui perperit medicam tuleraverant, cicatrice quam morbo. Cauticis namque curabatur, ni usque in ossa corpus exulsum esset, rebellante tadio. Advenitque ex Ægypto genitrice talium vitorum medici, hanc solam operam afferentes, magna sua preda. Siquidem certum, Manilium Cornutum ex prætoris legatum Aquitanicæ provinciæ n. s. cc. elocasse in eo morbo curando. *Plin. l. 26. c. 1.*

Festus Domitiani amicus, dum mentagra usque ad desperationem remedi laboraret, gladio se itrajecit, prius tamen amicos consolatus. *Ejus mortem Martialis lib. 1. describit.*

TUMOR.

ASPASIE Hermotimi filie Phocensie elegantissimæ (quæ postea Cyti junioris, coque cæso, Artaxercis fratris, Perfarum regis, nuptias meruit) adhuc puellæ, enatus est tumor in mento aspectu deterimus. Pater pauperimus eum ad medicum adduxit, qui se curaturum recepit, fit res sibi flateres perfolverentur. Aspasia in acerbissimo luctu versans, cum præ dolore non cœnasset, planè opportunum eam somnus invasit, unaque cum somno columba accessit, & in muliere mutata; Bonum animum, inquit, geras, valeantque medici cum suis pharmacis: tu verò rosea fersa Venenis, quæ jam aruerit, cape, eaque contrita tiberi impone. Cum somnio illa paruisset, tuber evanuit. *Ælian. l. 11. var. hist.*

ULCERA.

JOANNIS Orphanotrophi, Michaelis Paphlagonis Imperatoris fratris, os ulcus depaitebatur. Cum vero medici de ope ferenda desperassent, per infortunium ei vitus D. Nicolaus monuit, ut quam primum Myra iret, sibi sanitatem recepturus. Celeritè igitur eo profectus, Nicolai clericos unguentis aliisque sumptuosius rebus demeruit, metropolitim Myra muro validissimè cinxit, morboque solutus rediit. *Cedren.*

DENTIUM AMISSIO.

RECUPERATIO.

HIPPAS tyrannus jam senex sterminatione & tussi vehemèntiore oborta, concussis gingivis unum dentem exipuit. Quod illi infelicis pugne omen fuisse tradit *Herod. l. 6.*

In Picentem Martialis Epigram. l. 8. sic ludit:
Tres habuit dentes, pariter quos exipuit omnes,
Ad simulacrum Picens dum sedet ipse suum:
Collegit que sunt fragmenta novissima fraçili
Oris, & ægesta contumeliam humo.

Offalicit quondam desponsit non legat heres.
Hoc sibi jam Picens præstitit officium.

Ad **ELIAM** idem lib. 1.
Si memini, fuerant tibi quatuor Elia dentes,
Exipuit una duos ruffis, & una duos.

Tam securi potes totis ruffis diebus.
Nihil istic quod agas, tertia ruffis habet.

APOLLONIE virginis Alexandrinæ sub Decio Imp. dentes excussit. *Brev. Rom.*

Pragenfes Hussitæ munitissimam castellum in monte fitum oppugnabant, quod Lapidem Caroli vocant. Hic Sigismundus Imper. quatuor centurias Milirum præsidio liquerat. Castra tribus locis posita sunt, obsidio sex ducta mensibus, neque die, neque noctu omnia oppugnatio. Quæque balistæ majores ingentia saxa intra mœnia jactaverunt, Valorum circiter duo millia, cadaveribus & humano excremento plena, in arcem emissa, tantum miseris obfessis fetorem arulere, ut omnibus infectis dentes aut deciderent, aut nutarent. Toleraverunt tamen forti animo, & ad hyemem usque protraxere certamen, accepto clam à Praga medicamento, quo dentes contineri possent. *Æn. Syl. c. 44. hist. Bohemica.*

Non longè à regia civitate Holmensi in Svecia locus est Quatuordentium mons appellatus, eò quod rex Danie Christianus primus infeliciter pugnans, quatuor dentes ictu bombardæ illic amisit. *Olaus. l. 7. c. 15.*

Henricus Brementis, notarius Christiani Moguntini Archiepiscopi bellicosissimi, scribit, eum xviii. Nobilitibus terræ, dentes cum petra, propria excussisse manu. *Cramz. lib. 6. Metrop. c. ult.*

Audirum habeo ab homine fide digno, vitam sibi primæ nobilitatis Mulierem, quæ in avulsi dentis locum alium sibi sanum,

A sanum, pedicere euidam fuis, eodem tempore exemptum ex templo subitit & inferi iussit qui temporis progressu se velut aëris radicibus obfirmavit, sic ut in ipsum indolentem, velut in reliquos, manderet. *Ambrosius Pareus lib. 16. c. 26.*

STOMACACIA.

AELIUS Gallus, sub Augusto Imp. quum in Arabiam exercitum Rom. traduxisset, in Albo vico, maximo Nabathæorum imperio, per integrum annum exercitum relinquere fuit coactus, ut ægri milites reficerentur, qui sceleretive five stomachacia laborabant, hoc est, oris & gingivarum putredine, & crurum maculis. *Strabon. l. 16. circa finem.*

Cum Germanicus Cæsar in Germania trans Rhenum castra posuisset, in maritimo tractu fons erat aquæ dulcis solus, qua pota intra biennium dentes deciderent, compageque in cruribus dissolverentur. Stomacaceni medici vocabant, & sceleretiben. Ei malo reperta auxilio est herba, quæ vocatur Britannica, Frisiorum indicio. *Plin. l. 25. c. 3.*

ODONTALGIA.

D. AUGUSTINUS consilio capto baptismi suscipiendi, dolore dentium excruciebatur. Qui eum tandem ingravesceret, ut non valeret loqui, ascendit in cor illius admonere omnes suos, qui aderant, ut deprecarentur Deum, & scripsit hoc in cera, & dedit eis, ut legerent. Mox ut genua suppliciter affectu figerunt, fugit dolor ille. Expavit Augustinus vehementer, nihil enim tale ab ineunte ætate expertus fuerat, & gaudens in fide, laudavit Dei nomen, & ad suscipiendum baptismum magis confirmatus fuit. *Lib. Confess. 9. c. 4.*

LINGUÆ.

ABSCISSIO, EXSECTIO.

Ægyptii eos, qui fecerata in vulgus spargerent, aut belli consilia hostibus indicarent, lingua privabant, ne post hoc nova lingua licentia Rep. obessent. *Diod. Sic. lib. 1. c. 6.*

ZENO Philolophus, ne invito quidem fe quid secreti adactum vi corpus proderet, arrofam linguam expuit in tyrannum. *Plin. de Gar.*

In Typasperi Mauritania majoris civitate, Christiani aliquot, Cyrilam Episcopum Arianum, quod minis eos ad fidem compellere conatetur, irriserunt, & mysteria divina publice celebrarunt. Quos ille ad regem Hunericum Vandalum Carthaginem detulit, qui in medio foro linguas eis & manus dextras abscindi iussit. At illi Spiritu sancto præsentem, nihilominus ut antea locuti sunt. Repertus ex illis unus adhuc sub Zenone Imperatore fuit Constantinopoli, & reparatus nomine, subdiaconus, sermones politos sine ulla offensione loquens. *Victor de persec. Vand. l. 3. Justin. l. 1. Cod. de offic. pref. pres. de Procopius l. 3. de bello Vand. Gregor. l. 3. Dialog. c. 32. Sigeberti. circa ann. Dom. 530. addit unum ex his superbiensentem hac gratia, rursus privatum hoc beneficio fuisse.*

Iustinus Imp. Severum Episc. Antiochenum, Acephalorum principem, ab Episcopis anno 519. cum cæteris hæreticis anathemate jugulatum, lingua multatum, in exilium egit. *Signon. l. 16. Imp. occid.*

FLORENTIUS & HILARIUS martyres Christi apud Sedunenses linguas privati, rectè nihilominus loqui potuerunt. *Petrus de Natal. & Sigeb.*

Cum in Venetione Uladislaus II. Polonorum princeps, & Petrus Danus Comes Serinensis, humi stratis penulis pernotatur essent, Uladislaus joco Petrum apellans: Mollius, D nquit, nunc, Petre, uxor tua cum Abbate Serinensi cubat, quam nos, Petrus contra, ut jocum joco retunderet: Fortasse, inquit, & tua cum Dobeſſo. Erat is juvenis ex equeſtri ordine non inlegans, quo familiaris Christiana Uladislai uxor utebatur. Domum reverſus princeps, uxori blandienti rem detexit. Christiana Petrum è medio tollere ſtuduens, eum è filiae nuptiis abſeptum carceri incluſit, oculos effodit, & linguam præcidit. *Cromer. lib. 6.*

COELI caufarum Patroni famatiſſimi trinus puerulus in mentum ſuper faxum decidit, ſibi que interſectam forte dentibus inſignem extremæ linguæ portionem exciderat, vix è tenui carnis fibra admodum ſpes eſſet, quæ me cogitatio ſerè impulit, ut ipſam penitus reſecarem. Re tamen melius eſſenſa, cum linguæ carnem mollem, laxam, fungoſam eſſe & ſpongioſam, nec aeris extremis injuriis omnino obviã confideraſſem, acu adacta, cohibito vulnere, & ut fieri debet, legitime curato, intra paucos dies convaleuit puer: valetque adhuc diſertè & diſtinctè loquens. *Pareus lib. 9. cap. 27.*

TUMOR.

Galenus vidisse te testatur, cui lingue substantia non intumuisse, sed in enormem magnitudinem excrevisset: uti Mulieribus interdum mammae, viris testiculi, de *Differ. morb. c. 9.*

Sub Carolo Calvo Imp. serpsit in Saxonia lacrimabilis morbus. Innumerebat in ore lingua maximo cum dolore, nec valebat medicorum remedia, donec Bertholdo Mimi-gardovordensi Episcopo quinto in Deum respicere jubente, quum litanias & jejunia populo indiceret, Amulio impetrante, plaga cessavit. *Cramzsius l. 2. Metrop. c. 18.*

JOAN. Stridelius, Joan. Friderici Saxoniae ducis tubicen, tuberculum sub lingua absque dolore aliquot annis habuit. Eo mox accrescente, & vocem impediente, chirurgorum opera suppurationibus usus, aperto tumore & expresso, lapillum duorum pistorum magnitudine rotundum, lauri bacca similem, excrevit. *Joan. Kenmanns de Calculis in hbm. corpore.*

MUTI.

AURIUM AFFECTUS.

MUTILATIO.

MALCHUS servus Pontificis Hierosolymitani, a Petro dextra auricula mutilatus, Christi Jesu benedicti tactu curatus est. *Luc. 22.*

HYERCANUS Rex & Pont. Judæorum, auriculis mutilatus *Egeſippus l. 1. Indæorum excidit.*

Capta Troja, Menelaus Deiphobum, post Alexandri interitum, Helenæ maritum, exsecis primò auribus, brachiisque ablatis, dein natibus, ad postremum truncatum omnino ex parte scædatumque, summo cruciatu necavit. *Dithyſis. Smerdes magus, ambagus auribus mutilatus fuit à Cyro rege. Postea cum regnum invaſiſſet, sub specie Smerdis Cyri F. hoc ipſo ſigno à Phædina concubina, Otanis F. deprehensus fuit. Herodot. l. 3.*

Cum PATARBEMES ab Aprie Ægyptiorum rege ad Amasim rebellantem missus, ut eum ad regem perduceret, infesta re rediisset: Aprie irata percitus nullo verbo edito, Patarbemi aures nasumque præcidi iussit. Hoc indignum factum videntes cæteri Ægyptii, ab Aprie ad Amasim statim discesserunt, belloque commisso Apries ab Amasi superatus, ab Ægyptiis repugnante licet Amasi strangulatus. *Herod. l. 2.*

ILLUS Zenonis Imper. officiorum magister, fecerit quædam de Ariadne Augusta Imperatoris natrans effecit, ut ei mortem intenterit. Cæterum fuga periculum evitans Augusta, & Zenoni per Acacium Episcopum reconciliata, subornavit quandam, qui illum obreccitorem securi ferret. Is ichi aberrans, dum avidus in cervicem bipennem libat, aures illi amputavit. Sic Illus mutilatus auribus, ab urbe discessit, & Zenoni infestus Orientem invasit. *Cyp.*

POLONORUM strages à Tartaris facta circa annum 1240. tanta, ut auriculis præcisit Tartari novem ingentes facos expleant. *Cromer. l. 8.*

AUDITUS LÆSUS. SURDITAS.

De Surdorum trium judicio *Nicarchus in 2. Epigramm.*

Δυσκώρη δὲ κωφὸς ἐκείνην καὶ πολλὰ μάλλον ἴσῳ ἢ κωφὸς τῆσαν ἑβὶ δύο κωφότερον. Ἐν ἢ ἀπὸ ἀντιθέτου, πὶ δὲ κωφὸν αὐτὸν οὐκ εἶλετο Μελῶν τῶν ἑβὶ ἴσῳ, νεκρὸς ἀνακάνου. Ἐμβροχίας δ' ἀναίτιος ἢ κωφὸς, ἢ τὴν μάχῃ, Μίσην δ' ἴσῳ, ἀκωφῶν ἴσῳ. Id Thomas Morus vertit hunc in modum? *Lis agitur, surdisque reus, surdus fuit actor, Ipse tamen iudex surdus utroque magis. Pro adibus hic perit es, quinto jam mense peractis. Ille refert, Tot ancti mihi acta molaeſi. Aspicit hoc iudex: Et quid contendit? inquit. An non utriusque est mater? utriusque alio. M. Crassum ferunt surdum fuisse. *Ciceron. lib. 5. Quæſtionum Tusculanarum.**

HARDIANUS consil Rom. furdaster, manus cavas, quod facilius audiret, a posterioribus ad anteriora spectantes auribus obtendebat. *Gal. l. 11. de Vſu part. c. 12. At Cel. l. 3. c. 29. A. L. ad Imp. Hadrianum hoc refert.*

CENTURIO furdaster iustus ab Heliogabalo Imp. occidere Fabium Sabinum J. C. in exilium agi debere subintellexit. Itaque servatus est Sabinus. *Spartianus.*

Curata.

Curata.

A Christus ad mare Galilæe Surdum impeditæ lingue sanavit, immisiss in ejus aures digitis, spuro linguam illius tangens, in cœlum cum genitui impiciens, & dicens: Ephphata, hoc est, Aperitior. *Matth. 15. Marc. 5.*

Sicco ferentarius regis Gallorum Sigeberti, furdaster, cum verba faceret cum Gregorio Turonense, auditum recepit. *Vinc. l. 21. c. 125.*

D. Bernardus rediens aliquando ad suum monasterium, præ fortibus surdum & mutum reperit puerum. Expuit ergo, & tetigit linguam ejus, atque digitos in aures ejus immisit, & profusus curavit. Metis cum illi oblatu esset surdus, conversus ad nobilem quendam Henricum de Salinis, qui civitatis incolæ graviter affligerat, dixit: Tu nos audire contemnis, quos continuo coram te audiet surdus. Imponit surdo manum, signat, digitos auribus ejus immittit, protinusque sanat. Quod cum Henricus vidisset, ad pedes ipsius sese prostravit, confitetur delictum, promittens se omnia postulata facturum. *Autor v. s.*

CAPITIS INTERNI AFFECTUS.

COLLI AFFECTUS. ANGINA.

ROMANI angina pestilente graviter affecti, Deæ Angeroniæ annua facta in lacello Volupie 12. Cal. Jan. instituerunt, & liberati sunt. *Maer. l. 1. Sat. c. 10. ex Jul. Modesto recitat.*

NIGER, qui in Galatia theoreticum docebat, fortè spina plicis deglutiverat. Cum autem rhetor alius peregrinus advenisset, qui declamabat: quod erubesceret, illi concedere videri, in hærentem adhuc spina declamavit. Gravi infecuta & dura inflammatione, doloris impatiens incisionem altam foris accepit. Atque spina quidem ex vulnere evulsa est: cæterum vulnus, quod færum evasit & distillans, hominem absumpsit. *Plin. in præcept. salubrib.*

Patavii quidam Scholasticus Græcæ, orindus ex præcipua familia, sanguineus, una nocte in anginam acutissimam incidit, unâ cum tumore linguæ maximo, ut statim loquendi facultas illi adimeretur. Cumque tam celeriter Medicorum & chirurgorum opera uti non posset, ipse præsentem animo, linguam acuto cutillo decussatim incidit, ac cæcis multum sanguinis effluere permisit, quo factò, rursus loqui cœpit. Medicus postea accersitus, pauca universalia & totum corpus respicientia adhibuit, præscripta recta vitæ ratione: lingue verò vulnerate, pulveres ex Thure, Bolo, ac similibus siccatibus, inpergi iussit, & ita intra paucos dies convaleuit. Sic interdum fortuito remedia aliis sunt efficaciora. *Io. Schenckius 2. observ.*

VULVA affecta.

Prætorii viri Pater, Hispania princeps, propter impati-biles vulvæ morbos, radicem portulacæ filo suspensam è collo gerens, præterquam in ballinice, ita liberatus est incommodo omni. *Plin. l. 20. c. 20.*

SCROFULÆ.

Tranſpadanorum agreſtes Fæminæ, monilium vice ſuccina geſtant, maxime decoris gratia, ſed & medicinæ: quando tonſillis creditur reſiſtere, & faucium vitis, vario genere aquatum juxta illos inſeſtante guttura ac vicinas carnes. Hinc locos fabulæ datus, quaſi ad Padum naſceretur. *Plin. l. 37. c. 3.*

THORACIS AFFECTUS EXTERNI. Utrpà VULNERA THORACIS.

Eſt in Euxino circa Nili hoſtia inſula Achilli ſacra, cui Leuce nomen. Pater ea ſtadium xx. ambitu, ſylvis undique condensa, & cum feris, tum mitibus beſtiis reſerta. In ea Achillis delubrum & ſimulacrum eſt. Navigaſſe in eam primus omnium Crotoniates Leonymus dicitur. Cum bel-lum enim inter Crotoniates & Locros in Italia gereretur, ac Locri eo eam, quæ ipſis erat cum Opuncis propinquitatem, Ajacem Oilei filium, ejus duſu & auſpicis prælium commiſiſſi, invocaſſent, Leonymus Crotoniatum dux in eam hoſtilis aciei partem impreſſione facta, quam cum imperio obtinere Ajacem audierat, vulnus in petore accepit. Ex eo cum vehementer laboraret, Delphos opem ab oraculo implo-ratum venit. Reſponſum verò tulit, ſi in Leucen inſulam profectus eſſet, Ajacem ei vulneris remedium monſtratum. Cum verò jam ſanatus domum reverſiſſet, commemoravit, Achillem fe, Ajacem Oilei filium, & Telamoni-um item Ajacem viſiſſe, cumque illis unâ Patroclum & Antiochum, & Achilli quidem nuptam Helenam. Mandatiſſe eam ſibi, ut Helenam appuſſis, nunciaret Siſtichoro, oculorum calamitatem ob Helenæ vim ei accidiſſe. Ex eo L. B. Theat. vit. Hæm. Tom. I.

factum, ut carmen contrario argumento, quam Palino-Ediam vocant, Steſichorus fecerit. *Pauf. in Lac.*

Læſo diaphragmate, contingit aliquando inſpirationis vehementia ventriculum & inteſtina per vulnus in thoracis capacitate pertrahi: quod in viro quodam Lato mo obſervavi, qui medium diaphragma qua parte nervoſum eſt tranſfixus, triduo poſt interit. Diſſecto ventre inferiore, ventriculum cum non reperirem, rem monſtri ſimilem arbitrabar. Sed tandem anxie perquirens, raptum ipſum in thoracem animadverti, eſſi vulnus pollicem vix eſſet latum. Erat verò ventriculus ſtatu multo, paucò admodum humore diſtensus. *Ambrosius Pareus 9. Chir. c. 39.*

ULCERA MAMMARUM.

Acquiſita.

GALLA vidua Romana, Symmachi viri patricii filia, ſub Theodorico rege, laborabat ex carcinomate in mammilla, eumque morbum ita toleravit, ut jam morti proxima, non ut curaretur, rogarit, ſed an ſi peccata ſua condonata eſſent, quaſerit. Quæ dimiſſa eſſe audiens, multò plus ex hoc conſolationis cepit, quam ex agrotatione cepetat doloris. *Martialis l. 5. c. 4.*

Curata.

Aſtoſſa Cyri F. Darii uxor, ulcere mammillæ laborabat, quod Democedes Crotonienſis Medicus curavit. *Herod. l. 3.*

Carthagini quædam primaria matrona pietatis ſtudioſiſſima, Innocentia nomine, in mammilla cancrum habebat. Cum à quodam Medico ſuæ familia: familiariffimo cognoviſſet, malum id eſſe hujuſmodi, quod nullam proſius curam admitteret, nec poſſet ullis unquam medicamentis curari, converteret ſe ad preces. Sub ipſum ergo Paſchatis tempus in ſomnis monita, ut in parte ſeminarum obſervaret ad baptiſterium, & quæcunque ex feminis baptizatis prima ei occurreret, ſignaret ei locum affectum ſigno crucis Chriſti: ſic fecit, & ſtatim ſanita eſt ſecuta. *Aug. l. 22. de Civit. Dei c. 8.*

TUMOR, INFLAMMATIO MAMMARUM.

Novi nonnullas mulieres, canctos in mamma habentes, ſolo bono vite ordine, abſque ullo medicamentorum topi-corum irritamento, per longum vivere tempus, ita incolu-miter, proſperè, & ſanè, ac ſi nullum paterentur morbum. Ex iis verò una ſuperſtes eſt Venetiis, nobilis uxor probi viri Alſonſi à Cavalleria, quæ abhinc triginta & amplius annos, cancrum in mammilla habet, abſque ulla ta-men offenſa, cui ipſa nunquam remedia admoventi conceſſit. Sterilis autem eſt, in primam ingreſſa ſenectutem. *Amar. Luſit. Cent. 3. cur. 32.*

Mulicrem quandam, quæ cancroſum in mamma tumorem habebat, quorannis vere ineunte vacuans, ſanavi, ſubinde forti pharmaco melanagogo uſus. Quam quidem purgationem ſi quando prætermiſerit, dolor ipſi profundus ſentiebatur: atque ita illic accerſitum me, purgare ſe ju-bebat. *Gal. Comment. ad Aph. 7. l. 6.*

COSTA FRACTA.

LUDOVICUS II. Imp. ruſinum ingreſſus hoſpitiū, graviter periclitatus, duas in thorace coſtas perſegit. Dolore tamen diſſimulato, perendit in expeditionem contra fratrem profectus eſt. *Reginol. 2.*

IN THORACE CONTENTORUM affectus.

PLEURITIS.

Pleuritis apud Anglos rara eſt. *Polyd. l. 26.* Quiddam ex Palatinatus proceribus laborabat apoſtemate in membrana coſtas luſcigente, & febre continua macerabatur, cum inſeſtenti lateris punctio dolore. Decimo quarto à morbi initio, apoſtemate jam concocto, ingens puris copia in pectoris cavitate, & pulmonis arterias erupit: quæ cum eructare non poſſet, urinamque ſedimine purulento turbidam emingeret, haud obſcura conjectura intellexit, naturam meatus plerique Medicis ignotos, ei verò optimè notos, de pulmone per arteriam & venam cavam, hepar, & venas, emulgentes, ad renes, ad uretras & veſicam ulque pateſciſſe, per quos reſe à ſanie exonerat. *Io. Langius. Tom. 2. Epiſt. 40.*

Vidimus Romani Arlagi, amiciffimi noſtri, nepotem, ann. 12. natum, poſt diuturnam à capite ad pectus decumbentem fluxionem, ex qua in maciem univerſi corporis, febril indeſiciente aſſociante, perductus fuit, derepente in ſævam Pleuritidem delapſum, quæ ſuppurata, per tuſſim ſanie plurima excreata, nihilominus ejuſdem aſſatu digna quantitas

At itas collecta in inferioris thoracis cavitate, cuius expurgationem dum omni ingenio tentaremus, subortus in eadem parte, inter quintam & sextam costam, tumor insignis, ab internis partibus ad externas protuberans, qui suppuratus, & apertus, non solum a tumore ipso, sed ab interna cavitate fluere cognovimus. Quare opportunis medicamentis applicitis, & typhone injectis, liciniisque, & turundis foramine ampliato, & adaptato servato per multos dies, tandem argentea cannula imposita, sanies quotidie effluxit; qua cessante, cannulam dempsimus: consolidatum sponte foramen; puer impingatus, pristinam sanitatem non solum recepit, sed & habitum meliorem adeptus est. *Marcell. Donat. Hist. Mirab. l. 3. c. 9.*

SYNCOPE. ΔΕΠΠΟΘΜΙΑ. Defectus animi.

Varia à Medicis cause afferuntur defectus animi, nos solum effectus rationem dabimus. Et quia inter tres anime facultates, Vitalis quoad esse principatum obtinet, eo sit, ut vel naturali, vel animali ablata, aut debilitata, non dicatur homo animo linqui, sed sola vitali. Dissert ergo ab effectibus, quod effectus menti est raptus, & quadam veluti intellectus abstractio, quam mortem philosophicam Platonicam nominant. Syncope vero est vitalis anime defectus, hoc est, quies & intermissio.

C. JULIUS CÆSAR extrema aetate animo linqui consuevit, atque etiam per somnium exterreri. *Tranquillus.*
INNOCENTIUS VIII. Pp. ex morbo horis terè viginti arteriarum motu immobilis apparuit. Fama mortis quoquò verus perlat, cum Cardinales de ordinandis cura successorem omnibus convenissent, subito vivus apparuit, excessitque biennio post eodem morbo. *Volat. l. 22. Anthrop.*

BOETHIUS Severinus carceri Papiæ inclusus, ac semianimis, gustato vino Ticinensi, quod generosiss. in vicinis Ticino tumulis nascitur, ad sese rediens, exclamavit: O felicia hujus urbis vina, quæ civibus vestris lætitiâ, exulibus eam vitam restituitis; moxque ad librum de Consolatione scribendum conversus est. *Bern. Saccus. l. 5. Ticinensis hist.*
C. FERDINANDUS Atragionum rex ex frequentiore edulio cucumeris, quem Malignam vocant, & assidua mansione sub dio, cum domesticis colloquens, subita corporis defectione in Alfonso filii nutritis Valentia collapsus est. Medici ut in extremo casu opitularentur acciti, dicuntur se occupasse præ metu, neve in præteritum negligentia, neve in præsens incitiae pœnas luèrent. Accitis tamen indigenis medicis, fomenta adhibita sunt, atque ita revixit. *Valla l. 3. Hist.*

T U S S I S.

IN PARTHENOPÆUM, Martialis Epigram. l. 11.
*Lenat ut sances medicus, quas aspera vexat
Assidua tussis, Parthenopæe, tibi
Mella dari, nucleosque jubet, dulcesque placetas,
Et quicquid pueris non sonit esse truces.
At tu non cessas totis tussire diebus.
Non est hæc tussis, Parthenopæe, gula est.*
CANONICUS Ratisbonensis, nobilis de Sparneck, ob lapidem in tonsillarum abscessu concretum continua tussis affectus, eo mollito, calculum gypseum topico similem chirdargico excrevit. *Io. Langius l. 2. Epist. medic. & Ioan. Kentmannus de calc. in hum. corp.*

E M P Y E M A.

JASON PHARETUS. Quere in Loco de Vita. Tit. Vite conservatio respectu ædiorum. & Fortunio.
PTOLEMÆUM Philadelphum Regem Ægypti, podagricio alioqui morbo obnoxium, *Plin. l. 7. ait & vomica laborasse, vulneratoque pectore (quom mortem in acie quaereret) medicam invenisse.*

SANGUINIS SPUTUM. PHTHISIS.

ANTIGONUS Demetrii F. Macedoniae rex, in gravem talem ex destillatione incidit. Non succubuit tamen huic malo: cæcæ enim hæc tenus restitit ad renuenda domestica, ut in maxima victoria atque ingenti barbarorum strage expiraret gloriose. Ut verisimile est, & perhibet Philarchus, vociferationibus in prælio pulmonem dirupit. In ludis narrabant clamantem præ læritia post victoriam: O fastum diem! vim sanguinis effudit, atque acri febre correptum expirasse. *Plut. in Cleomen.*

Triennio Mecœnatem Messium accepimus silentium si. bi imperavisse, à convulsione reddito sanguine. *Plin. l. 28. cap. 6.*

CURATA.

THEOPOMPUS phthisi laborans, ab Asclepiade medico sanatus.
Raphanorum succum tradunt præcordiis necessarium: quando phthisin cordi intus inhaerentem, non alio potuisse depelli compertum sit in Ægypto, regibus corpora mortuorum ad scrutandos morbos incantibus. *Plin. l. 19. c. 5.*
ANNÆUS Gallo consul tum cum in phthisim incidisset, navigatione in Ægyptum suscepta convalescit, non propter Ægyptum ipsam, sed propter navigandi longinquitatem mutato aere. *Plin. l. 31. c. 6.*

C O R D I S V E R M I S.

PRINCIPES quidam valetudinarius, convocatis undequaque medicis præclarissimis, remedium peti pertinaci cordis dolori. Omnia tamen frustra, ut victus tandem morbi savitia occubuerit. Monuerat quidem tyro quispiam medicinæ, lectione medicinalium consultationum observasse se, vermis genus cordi innasci, quod alii folius usi, manè comesti, necarunt. Monuerat quidem, sed non creditum. Dissecto ergo cadavere, deprehensus est vermis albus, præacuto rostro, eoque comeo præditus, cordi adherescere: quem Medici vivum in circulum ex alii succo in mensa figuratum conjiciunt. Fera torquens fe, ne circulum tangat, alii vi & nidore victa, tandem concidit. Unde non tantum morbi causa, sed certi remedi vis efficacis innouit. *Io. Hebenstreit in libello de Peste.*

C O R D I S V U L N U S.

INGOLDATIUS quidam Studiosus, à Typographo punctum læsus in sinistra parte thoracis, vultus ipsam cordis substantiam, utrumque ipsius ventriculorum transversim penetrans, accepit: plateæ tamen benè longe spatium vulneratis curis confecti: mente porò & sensibus integerrimis sermè per horam integram ita constitit, ut loqui & Deo fe commendare posset. Vultus, adaptato post mortem corpore, Medici professores omnes, & alii spectatores non pauci viderunt, atque armorum genus ex vulneris forma dignoscere, & in judicio explicare poterunt. *Cyriac. Lucius de suis ad Schenckium transmissis observationibus.*

Stad ventrem cordis vultus aliquando penetraverit, protinus magno cum sanguinis flore hominem mori necesse est. Idque præcipue, si sinistrae partis venter fuerit vulperatus. Si vero non ad ventrem usque pertingat, sed in cordis substantia consistat vulnus, ex ita affectis aliqui, non solum ea die, qua vulnerati sunt, sed sequenti quoque nocte vivere poterunt, qui oborta deinde inflammatione extincti sunt. Atque etiam hi qui diu viverunt, mentis composites inventi sunt. *Gal. l. 5. c. 1. de loc. affect.*

C O R D I S P U L S U S.

Mementi me vidisse tres, quibus cor solum in dextro laterè pulsabat, quorum unus eadem die, quod vehementius pulsaret, alius post aliquot dies mortui sunt, tertius erat infans, & ceciderat, supervixit tamen. Constat sanè, priores hæc affectu pessimo in sinistra parte oborto, hoc symptomata contraxisse, dum cor naturali vi atque instinctu, quod noxium erat, refugere nitebatur. Unde tam gravi morbo, malo propè cor contracto, necesse fuit mortem brevi subire. De infanulo existimatum vinculum perversum: casu enim gravissimè ægotavit. *Gardan. in Arte curandi parva, cuius ipse auctor est, non Galenus.*

DORSI AFFECTUS. CURVITAS.

ANTONINUS PIUS Imp. forma conspicius, & statura decorus, ac longus fuit. Cum verò senectute incurvaretur, tiltaticus tabulis in pectore positus fasciabat, ut rectus incederet. *Cisp.*

T U M O R, G I B B U S.

Byzantius Leo, cui Passiades Gibberis valetudinem oculorum objecerat: Humanum, inquit, vitium insignis mihi, qui dorso portas Nemefin. *Plut. de vit. ex inimic. At l. 2. qu. convivo. 1. non de Passiade, sed de filio ejus hoc pronuntiatum à Leone asserit.*

Inco Haraldus Hiberniensis, Norvegiorum regis, F. omnibus honestatis numeris instructissimus, infantiæ suæ tempore per incuriam nutricis fortè sinu delapsus, contracto dorso gibbam

Abum contraxit. Cum Sivardo & Osteno fratribus, sed spuris, Magnum regnum repetentem vicit. Ejus militum scelere frater uterque peremptus. Tandem ab Haquino quodam exulum duce penè ad intermersionem casus. *Saxo l. 14. & Crantz. l. 5. Norvegie c. 9.*

ABDOMINIS AFFECTUS. PUTA.

T U M O R. A B S C E S S U S.

GALENUS anno XXIIX. abscessu dextri hypochondrii laborans, duobus evidentibus infomniis monitus, arteriam, que inter pollicem & indicem dextri brachii sita est, secuit, & donec sanguis spontè sissetur (nam hoc quoque infomnium distarat) expectavit: substituisse autem sanguinem scribit, in lib. de Curandi rat. per phlebot. antequam integra libra effluxisset, & continuo diurnum dolorem, in illo præcipuo loco fixum, qui jecur cum diaphragmate committitur, cessasse. Similiter Sacerdotem Dei (Æsculapii) in Pergamo, in somnio monitum, secta in summa manu arteria, diuturno lateris dolore liberatum fuisse.

STOMACHI AFFECTUS. BULIMIA. FAMES.

CANINA.

M. BRUTUS post eadem Diktatoris, cum ex Macedonia in Epirum properaret accipere legiones Gabinii, per multam nivem iter faciens, propè Dyrrachium ex labore & algore bulimia est correptus. Quod mali apprehendit ferè & pecudes & homines, cum per nivem lassentur: vel quod calor ob corpus frigore astrictum, ubi coactus inter omnis est, alimentum statim consumat: vel quod emissus halitus à nive fusa acris & tenuis penetrat corpus, & calorem ex eo foras disperitum dissolvit. Quippè sudores effluere calor videtur occurrit in superficie frigoris extinctus. Quia verò Brutus animo deficebat, neque ullus in exercitu quicquam habebat cibari: necesse fuit ministris ejus ad hostes confugere, atque ad portam pergentes panem petierunt à statione. Qui audito Bruti incommodo, accurrerunt ipsi, cibumque & potum attulerunt. Pro quo beneficio Brutus, ubi deditum est ei oppidum, non in hos modò, sed horum etiam causa clementem præbit fe in omnes. *Plur. in Bruto, & l. 6. convivo. quæst. c. 8.*

A P P E T I T U S D E J E C T U S.

Cibi & potus fastidium morbosum hic consideramus. Fames aliquæ & sitis naturalis tolerantia, vel etiam abhærentia cibi & potus, ad Aditionem bonitatem potius referenda videtur.

D E B I L I T A S.

ARISTOTELES Stagiritæ, cum debili maxime ventriculo esset, utrem calentis olei stomacho imponere consueverat, pro concoctione adjuvando. *Laert. l. 5.*
D. Bernardus natura debilis, assiduis jeuniis ita stomachum afflixit, ut perpetuis ferè dicitur & vomitionibus laboraret. *Gulielm. Abbas in eius vita.*
DOLOR CARDIACUS.
CLAUDIUS Cæsar valetudine sicut olim gravi, ita princeps perpropera usus est, excepto stomachi dolore. Quo se correptum, etiam de consilicanda morte cogitasse, dixit. *Suet.*

GALENO Pergameno medico inter alios morbos & symptomata, per juvenutem ventriculus bile assidue infestabatur: ad quem refrigerandum lactuca utebatur. Cum verò ad ætatem declinarem pervenisset, eodem olerè adversus vigilas vesperè vescebat. junior quidem crudo, senex vero, cum ex dentibus malè haberet, elixo.

I N T E S T I N O R U M A F F E C T U S. D O L O R C O L I C U S.

PUBLI Melitenium principis pater à Paulo Apostolo à torminibus & febre liberatus est, cum in eam insulam naufragus cum focis ejectus esset Paulus. *Act. 28.*
In Græcorum thesauris legimus, Rusticum intentum operi, ubi colica affectio gravius infestare adorta cum est, remedium usum hoc genus. Nempè extra morem se primum præcinxit, mox & cum pane allium esitando ventri satisfacit, ac malo intulit levamentum: sic uti ex iis, quæ ad fuerant, nil omnino interpellatum omniteret. Interdum verò bibebat nihil, in vespera autem meracius, ac somno sum nocte tota perfruebat, ita ut manè confurgeret dicitur. Id est, circa doloris sensum. Ex quo 12. *Meth. Galenus, & de præparat. Sympliciorum* agrestium theriacen allium nuncupat. *Gal. l. 4. c. 14. A. L.*
L. B. Theatr. vit. Human. Tom. 1.

Consularis Asprenatum domus est, in qua alter è fratribus colo liberatus est, ave galerita assa in cibo sumpta, & corde ejus armilla aurea incluso: alter sacrificio quodam facto crudis laterculis in formam camini, atque ut sacrum peractum erat, obstrudo facello. *Plin. l. 30. c. 7.*

Scribit Galenus l. 2. de loc. affect. sibi ipsi accidisse dolorem vehementissimum, ut videretur in ventre intimo terebro perforari, in eo potissimum spatio, per quod à renibus ad vesicam ureteras scimus extendi. Mox excretum à se gravissimo cum dolore humorem, vitreum è Praxagora nuncupatum, quod fit vitro fuso similis, aut ob frigiditatem. *Gal. l. 4. c. 11. A. L.*

MEMINI P. Agineta l. 3. de Remed. c. 43. colicæ affectionis epidemice, ab Italia ortæ, & per multas regiones grassatæ: in qua plerisque ad morbum comitalem, aliis ad artuum resolutionem, servato sensu, quibusdam ad ambo delapsus contigit. Quibus ad comitalem, ut plurimum perire. Eos Italus quidam medicus curavit, incredibili quodam ac temerario frige factorio victu confuturo, non potentia tantum, sed & actu. Fortè quia ex acti, & mordaci humore malum ceperat.

BALTHASAR Arnoldus, Ecclesiastes Torgensis, qui XII. ætatis climacterem superavit, ab ineunte pueritia colico dolore excruciat, anno tandem ætatis LXII. Christi 1564. grandem lapidem, teretem, glabrum levemque, articulis duobus pollocaribus conjunctis similem, basi utraque concava, venulis albis & luteis in colore spadiceo dicurrentibus, excrevit. Basis utraque concava speciem præ se ferebat, alios quoque lapides eidem inferos fuisse, & à natura sensum absque observatione ægri adstantiumque expulso: cum ne hujus quidem excreto cognita fuisset, nisi transversum rectum intestinum obstruxisset, ita ut chirurgica manu eximendus fuerit. Eo pondere levatus, dolores quoque colici cessavere. Idem Fr. Frizimelica Patavinus medicus, præceptor noster, colicis doloribus crebro obnoxius, lapidem ovi magnitudine per alvum excrevit. *Io. Kentmannus de calc. in hum. corp.*

MAURITIUS à Thimen singulis mensibus silente luna lapides ex intestinis, alios majores, alios minores pisif, rotundos, oblongos, subasperos, absque majore molestia ejicere consueverat. Interdum ex arenulis conglobatos, instat Ammoitis, fulvos, subduros, sed leviores. *Io. Kentmannus de calc. in hum. corp.*

NATRAVIT mihi Joannes à S. Germano Pharmacopola, vidisse fe Nobilem quandam, qui cum nullis remediis à doctis Medicis præscriptorum machinis, doloris cho lici acerbitate liberari posset, tandem Germani ejusdem amici sui consilio, haustus olei amygdalatum dulcium sine igne extracti unciis tribus cum vino albo, & aqua parietaria mixtis, denique devorata glande lumba, argento vivo illita, eademque mox ano reddita, cruciati cholico planè sit liberatus. *Ambr. Pareus l. 16. chir. c. 59.*

F L U O R A L V I.

THEOPHILUS Imp. mole calamitatis oppressus, propter exciã patriam Amorium, & trucidatos captivos, omnem penè cibum ac potum averfatus, tantumque aquam ex nive expressam admittens, in dysenteriam incidit. *Cedren.*
Tyrach Pazinaeum Scytharum princeps sub Constantino Monomacho Imp. cum Ister frigore congelaretur, cum tota gente Istrum pedes tranfuit. Pazinaeæ, reperia eculentorum ac vini copia, aliorumque potum ex melle confectum abundantia repleti, morbum contraxerunt choliacum vocatum. Itaque abjectis armis, Romanis sese dediderunt. Horum multi ferro obturcati, quidam venditi, reliqua turba in Bulgarorum terras, quæ penè desolata fuerant colonis, traducta. Tyrach, cum primoribus gentis ad Imperatorem ductus, accepto baptismate, splendidis dignitatibus honestatus fuit. *Cisp.*

V E R M E S.

In insula propè Masecum, Rusticus quidam post continuum ventris dolorem, & sumptam aliquando adversus id mali theriacam, vermem ex crevit octo pedum longitudine, & digiti unius, quasi conuto ore, non admodum dissimili anatis rostro. *Vierus l. 3. c. 15. de Præfig. dem.*

An. 1549. commemorantur in Ungaria circa Thaysæ flumen inventi homines, in quorum corporibus absolute luteæ & lacteæ essent inventæ. Num verisimile videatur, aliorum esto judicium. *Vierus l. 3. c. 15. de Præfig. dem.*

A Antonius Beneventus, Medicus Florentinus, narrat, Joan. Menofarium quadragenarium afflidis stomachi doloribus divectum, sepe in mortis propinquo extitisse, nec multis Medicorum consiliis, quibus usus erat, adjutum. Tandem cum se adisset, ei vomitorium propinasse, cuius vi magnam copiam materia corrupta & putrida reddiderit, & una vermem quatuor digitos longum, capite rubro, rotundo, pifi crassioris magnitudine, lanugine prima toto corpore obstruit, cauda in crescentis Lunae modum bifurcata, quatuor pedibus ingredientem, duobus anterioribus, & totidem posterioribus. *Parent. l. 19. c. 3.*

HEPATIS AFFECTUS, DEBLITAS, OBSTRUCTIO.
In MELONEIS relata est vitii hepatici nota, si mures domestici sedulo observent & sectentur: quod nunc fieri nusquam competitur. *Plut. l. 8. Quæst. convival. 9.*

ICTERUS.
Xaradipor. avicula nomen, cuius aspectu facile sanantur, qui ictero, sive regio morbo laborant: eamque ob causam, qui vendunt, occultant eam, ne eo morbo laborantes gratis sanentur. Hinc proverbium, *Xaradipor mudi dypor.* Charradion imitans: dicit solum de iis, qui occultantur. *Suidas.*

LAPIDES.
Quum Venetiis Augustini ducis ex Barbada gente dissecaretur defuncti cadaver, ut eximerentur icterica, in hepate inventus est lapis propè cyllin fellis, magnitudine grandioris olivæ, coloris serpentina, in nigredinem tendentis. *Cel. l. 4. c. 17. A. L.*

LIENIS AFFECTUS, TUMOR, OBSTRUCTIO.
Spleneticus.

STRATON F. Corrhagi, cum esset ex illustri familia oriundus, & divitiis abundaret, non ante corporis exercitia usurpavit, quam ex splene laborare cepit. *Ælian. de var. hist. l. 4.*
In terra Caria prope Rhodum Caunii pestilente cælo sunt, & lineosi, vulgato apud Strabonem altoque Stratonicis citharædi sale: qui illos inmitus colore admodum viridi, dixit, hoc illud esse, quod Poeta *Homerus* cecinisset:

Tale quidem genus est hominum, quale est foliorum.
Quumque illum incusarent, quod urbem ut morbidam carperet: Ego, inquit, eam morbidam dicere ausim, ubi moti ambulat. *Cel. l. 4. A. L. & Plin. l. 11. c. 37.*

Curatio.
Epirotarum Rex Pyrrhus, solo contactu pollicis dextri pedis, splene laborantes curabat, & cum in funere eius corpus rogo cremaretur, combustis aliis partibus, solus is digitus incombustus remansit. *Fulg. l. 1. c. 6. ex Plin. Pyrrho.*
Orchemonium Laomedontem ad depellendum splenis vitium ajunt ex Medicorum præceptis longis curibus usum, atque ita corpore laboribus subactò, certaminibus sese dedisse factis, & inter optimos evasisse dolichodromos. *Plin. in Demosth.*

RENUM AFFECTUS. UT CALCULUS.
EUCHARIUS Presbyter ex Hispania, Calamæ in Africa habitans, veteri morbo calculi laborans, per memoriam Stephanii martyris, quam Possidius illi advenit Episcopus, salvus est factus. *Aug. l. 22. de Civit. Dei c. 8.*

In Cassinensi cœnobio, Henricum II. Imp. à D. Benedicto, monachorum patre, ferro calculum ipsi in fornix leviter excelsante, omnibus deinceps, quos calculus gignit, doloribus liberatum, *Nacler. vol. 2. Gener. 34.* narrat. Cum urina tres lapillos efflatis, in *Cass. Chron. l. 3. c. 44.* scribitur.

D *Vide Tit. Revelatio sanitatis.*
Mirabile est Mulieris exemplum, quam diu molestum vexarat onus spondylorum ac renum. Ea cum scabendo, pruritu titillante, cutem lancinasset, lapilli excederent numero decem & octo, magnitudine quanta in tesseriis visitur, colore planè gypseo. *Cel. l. 3. c. 12. A. L.*

VESICÆ AFFECTUS. CALCULUS.
AUGUSTUS Cæsar, vesicæ dolorem calculi per urinam ejctis sanabat. *Suet.*

PUER quidam Cervicicensis in ditone Anhaltinorum ducum XIIII. ætatis anno ab imperito lithotomo incisus fuit, ita ut per vulnus urina manante, glutinosus humor vulneris labiis adhererens, in cinerem lapidem coalesceret, & crudeliss. dolores excitaret. Itaque repetita sectione à perito lithotomo probè curatus fuit. *Jo. Kemmannus de calculis in hum. corp.*

VULNERA.
CONRADUS à Bernheimo nobilis Marchicus scopero percutatur ferio. Cum icium crumena ferrea lamina excepisset,

globus resiliens infra umbilicem vesicam trajecit. Desperantibus medicis Lipsienibus, Torgam advectus, Jo. Kentmanni medici hortatu à Leonardo VVoloio chirurgo susceperit infansibile factum. Ex quo in eum forem adaclus est, ut medicis etià intulerit manus tā iis, qui de salute desperaverunt, quam qui rē aggressi promissa nō præstiterunt. Denique veritatis propter injustas Christianorum vexationes à Deo justè affligi, gravis poenitentia subiit, atque exortio suo & Constantini nomine edidit, ut Christianis posthac parceretur, ac tēpla cōventuque darentur. simul oras, ut ipsi solennes pro Imperatore preces effunderet. Nec multo post obiit. *Sign. l. 2. Imp. occ.*

DIABETES.
CRATINUS Atheniensis poeta vini adeo fuit appetens, ut supra pelles recumberet, & in isdem etiam mjeret. In proverbium ergo abiit: Cratini *uadior*, id est, pellis villosa, turpis & putrida. *Gyrals. Dial. 6. hist. poet.*

Anno sal. 1481. Puella 18. annorum mingeat singulis diebus urinæ libras circiter triginta sex; assumebat autem ex potu & cibo non plus septem libris: ita ut sexaginta diebus emiserit ultra cibi & potus substantiam libras 1740. Hoc autem est longus majoris pondere puella, etiamsi tota in urinam fuisse resoluta: nam puella non poterat excedere ad summum pondus oct. librarum, cum neque attingeret ei. Quæritum fuit à Jo. Marliano, unde hoc contingere posset? Respondit, aerem, qui in arteriis ubique contineretur, in substantiam aqueam converti, eaque ejecta, alium succedentem similiter converti in aquam, atque ita multiplicari. Quod verò omnium maximum fuit, puella hæc post illos duos menses exactos lanata est à Francisco Busto Medico. Causa efficiens hujus affectus fuit frigida & humida intemperies, cum levitate superficiali, arteriarum & membrorum, per quæ urina permeat, scilicet renum, ureterum ac vesicæ: propter quas causas, vapores omnes, qui in aere humido continebantur, in aqueam substantiam verebantur. Et ob id credendum est, tempus tunc fuisse humidum: nam & hoc in matmoribus temporum videmus. Constitutione cessante sanata est potius, quam auxiliis, quamvis & illa nonnulli profecerint. *Cardan. de rer. var. l. 8. c. 44.*

GENITALIUM, PUDENDORUM AFFECTUS, IMPOTENTIA.
Hæc ipsa, si Facultatem species, actiones lesas pertinet, in instrumenti affectionem, hujus est loci.

Uxorē quam duxit Amasis Rex Aegyptiorum, alii volunt filiam fuisse Battæ, filii Arcesilæ: alii Critoboli, inter quos populares viri spectati, nomine Mulierem. Cum qua concumbere non poterat, cum tamen alius mulierem ureteret. Amasis venesicio id fieri suspicans, mortem illi minatus est. Illa cum pernegando nihil placationem redderet Amasis, vovit intra fe Venere, sive nocte fecum coiret Amasis, statuat Cyrenas fe illi misitum. Voti rea statuat Cyrenas misit, quæ ad Herodoti usque memoriam extitit extra urbem Cyrenentem. Hanc Ladiceam Cambyfes, Aegypti potius, Cyrenas illam remisit. *Herod. l. 2.*

HENRICUS IV. Hispania Rex, cum adhuc princeps esset (sic autem vocant Hispani filium Regis primogenitum) Blancham Joannis Navarræ atque deinceps Navarrae filium Regis filiam duxit uxorem; sed ab illius nutritis fe continui, sive impotentiae suæ confcius, sive alia de causa. Facto divortio Pontificis auctoritate, alteram speriduxit, Joannam Eduardi Regis Lusitanorum filiam, ex qua nihilo magis quàm ex priorè liberos genuit. Erti autem omnibus constat Regis infæcunditas, idque multis experimentis testatum esset, quinto tamen anno postea quàm convenerat, Regina præter omnium spem deprehensa est conceptisse. Hæc sunt qui opinentur, Regem ipsum ex cacozelia per manus, uti ajunt, in manus amico potiusdum tradidisse, ut & regni hæredem, & suæ virilitatis argumenta relinquere. Eam rem cum proceres indignissime ferrent, coactus fuit Rex Alfonso fraterm XI. annorum regni successorem declarare. *Nebriensis l. 1. dec. 1. c. 1.*

STERILITAS.
RACHEL uxor Jacob sterilis ex nimia uteri æstuatione, mandragoræ pomorum usu restituta, quæ Ruben Lia fororis F. rure attulerat, fertilitatem adeptæ est. *Levin. Lemnius de plantis Babilicis, ex lib. Genes.*

SUNAMITIS sterilis Elisæi precibus filium impetravit. *4 Reg. 4.*

Vide Tit. Sterilitas abacta lit. S. Pag. 342. b.

CONCRETIO PUDENDI.
CORNELIA Gæacchorum mater, concreto genitali nata dicitur, inausulta omine filiorum, quos paritura erat patriæ pestes. *Plin. l. 7. c. 16.*

ULCERA.

A GALERIUM Maximianum Imp. foetidissimus invastit morbus quippe ortum circa pudenda ulcus, in strumeta libidinis ejus rabececit, vermbulque ex putrefactione contractis malum insanabile factum. Ex quo in eum forem adaclus est, ut medicis etià intulerit manus tā iis, qui de salute desperaverunt, quam qui rē aggressi promissa nō præstiterunt. Denique veritatis propter injustas Christianorum vexationes à Deo justè affligi, gravis poenitentia subiit, atque exortio suo & Constantini nomine edidit, ut Christianis posthac parceretur, ac tēpla cōventuque darentur. simul oras, ut ipsi solennes pro Imperatore preces effunderet. Nec multo post obiit. *Sign. l. 2. Imp. occ.*

HUTDRICUS Leodienis Episc. cum circa annu cancto laboraret, nullaque medici salutem sponderent, iussit se in Turones ad B. Martini sanum deferri. Illic cum v. r. diem inter lacrymas gemitulque juxta aram ageret, & fessus in somnum incidisset, vius est videre Martinum Bruciumque simul de ipsius morbo loquentes: atque Martinum crucis signo frontem ejus notare, ac pedo morbofam contingere partem. Itaque à somno experredus, liber à morbo inventus est, sola cicatricis parva nota, ubi cancer erat, relicta. *Fulg. l. 1. c. 5.*

RECENTIO Jo. Langius l. 1. Epist. medic. epist. 38. historia de quadâ Muliere, quæ, cum is Bononiae rei medicæ operam navaret, circa pudenda ulcere sanioso, melicride sc. laborabat: simulque verò sepe consolidationis maxime lato chirurgog ostentaret, tū repentè novus ichor humor melli simillimus ubertim erumpere: donec demum, quo obfidebatur, deprecationibus divinis expelleretur: tum eadem nocte, nullo relicto cicatricis vestigio, ulcus sua sponte consolidatum fuit.

PRIAPISMUS.
Bæcho dicantū poema est simul & celebratis Phallophorotū qui phallos feretes eundo canebat (Ithyphalli verò ebriorū persona, & coronati flantes pronunciabant) propterea quod ex oppido Battia, cui nomen erat *ivæthys*, Pegasus quidam mythesia detulit Athenas, unâ cum Liberi patris signo. Quod populus cum segnitius accepisset, ejus contentionis pœnas dedit, correptæ naque sunt morbo podis partes. Multis ergo frustra tentatis remediis, ex oraculo *panos*, hoc est, periticas, atque in eorum falgio corticem genitæ, rum publicè tū C. privatis in ædibus exereunt. Simile quiddam legitur in historia Palæstinorum. *Scalig. l. 1. Poetic. c. 10.* Nimirū religio talis, in qua impium quam piū esse multo fit præstabilius.

TUMOR UTERI.
Boethi viri consularis uxor Romæ, cum venter ei tumuisset, & in muliebri fluore aquosum incidisset, obstetricibus optimis ula primū, deinde etià præcipuis medicis, sed frustra. Tandè Galeno foli curatio est demandata. Petierat autè is dies x. sibi dari, & intra eos si quid proficeret, alios totidem addi. Cumque jam mente traheret, & bene colorata esset mulier, adeo ut ad naturalem habitum nihil penitus desiderari posset, nec amplius fluoris indicium superesset ullum, aureos quadringentos ad eum Boethus misit (qua summa, ut Gemuleus computavit, valet aureis Rhemenfisibus plus 1300. vel ut Lacuna, mille coronatis solatibus) & nobilium medicorum invidiam auxit. *Gal. de Præcogn. ad Poffinum. c. 8.*

GONORRHOEA.
Vifa in quiete venera spontè naturæ erupta, utiq. in morbigenis, plumbeis laminis Calvus orator cohibuisse traditur, viresque corporis sudiorum labori crudidisse. *Pl. l. 34. c. 14.*

D **CULENUS** Scotorum Rex veneris, ac vini abutu viribus contectus, seminis profusivo correptus est: sic ut exanime cadaver, ameba carne, cute vi ossibus hærente, etiam aulicis habere tur derisni, & quod infelicis superstiti vitæ, cum summa transigeret ignominia. *Boeth. l. 11.*

FLUXUS MULIERIS.
Christus Mulierem hæmorrhoidisam, quæ XII. annis sanguinis fluxum passa fuerat, & sibiriam vestimentis illius tetigerat, curavit. *Mar. 9. Aliam similem affectum malo curavit Jesus, Mar. 5. Luc. 8.*

Fluxus muliebris, affectus est curatu difficilis: in primis ob eam causam etiam, quod ægra mulier sepe moti malit, quam vel pattem, morbumque ipsum renuere, vel remedia localia admittere. Sic enim narrat Montanus, nobilem quandam Italiam, cui detergentium decoctorum in uterum propter hoc affectus genus, necessarias ei expressiones dixerat, in syncope incidisse, & matrum rogasse, ne ejus Medicumquam consilio uti vellet. *Parent. l. 23. c. 59.*

In Abderis, inquit Hippoc. Pharsua Pythæa uxor, priorè quidem tempore fecunda erat: pulso autem in exilium marito, menses multo tempore suppressi sunt. Hæc aut. *L. B. Theat. vit. Human. Tom. 1.*

tem ubi contigissent, corpus virile factum est, & hirsuta penitus evasit, & barbam produxit, & vox aspera facta est. Id hoc contigit etiam Namyfæ Gorgippi uxori in Thaso. Quæ virgines ab initio tales sunt, ut menstruum purgationem non patiantur, & nihilominus, fecunda fruantur valitudine: has calidas, siccaque, imò calore siccitareque ferè virili esse necesse est, ut collecta excrementa transpiraturo vitium more discutere possint: certè omnes fertiles sūt. *Par. l. 23. c. 51.*

PARTUS DIFFICILIS.
Aquam consecratam patienti difficultate laboranti cuidam mulieri propinante D. Bernardo, fecus statim in lucem prodit. *Auctor vita l. 4. c. 4.*

ABORTITIO.
Abortitio hujus est loci. De qua vide Littera A.
Ferns hic, illic Maris.
FOETUS IMMORTUUS.

Anno Christi m. d. xlv. Viennæ Austriae Margarita Carolina, uxor Georgii Volzeri cauponis, prægnans doloribus pattus agitata, in mediis nixibus, cum nescio quid in ventre crepuisse sensisset, neque foetus vitales motus ulterius ederet, vehementissimis integro quadriennio symptomatis conflicta, & jam semianimis, à medicis deplorata habebatur. Cum natura circa umbilicum abscissum molita, copiosius pus excrevisset, & ulcus ipsum denud coalescisset, tandem anno xlv. nova materia collecta, in ipso orificio ulceris os brachii fibulare apparuit, cum summa virium dejectione. Itaque extremo morbo extremo remedio, sectione videlicet, adhibito, abdomen apertum, & foetus masculus seniputridus frustillatim extractus est, regiorum chirurgorum opera, & consilio Matthæ Cornacis, medicis regii, qui libello edito historiam hanc descripsit. Ulcus feliciter absque sutura coaliit, mulier probè convalescit, ut etiam de novo conceptu spes haberetur.

MOLA.
Molam totos septemdecim annos utero circumtulit uxor Gulielmi Rogerii vaforum stanneorum figuli, in S. Victoris vico, quam quinquagenariam & mortuam cum disseculissem, uteri corpus comperi ferè solum, & nequaquam vis quibus solet vinculis adstrictum, tantum cervicæ sua vinctum, & præterea proximo omento subhærentem, unico testiculo dextro præditum, eoquellatiorè & laxiore. *Cor. G.* nua nequaquam, nisi fortè parte illa conspicua erant: vala sola cervicæ admittebat, eaque manifesta & tumentia: caput humanum amplum totus æquabat. Hanc à reliquo cadavere revulsum in ædes meas detuli, & advocatis primariis in arte medicis, dissecui, reperique toto corpore suo, propriaque tunica (altera quæ ipsi à peritonæo adest integra, & sana) scirrholum, durumque adeo, ut in ipsum ferti validis viribus adacti acumen vix subire posset: trium digitorum spissitudinem ejus corpus habet. In media capacitate carnea moles inventa est, manus ambas in pugnum contractas crassitie æquans, mammæ vaccinæ similes, uteri parietibus non nisi certis locis adherens, densa valde & inæquali grumosaque substantia, corporibus multis, qualia in atheromatibus reperiri solent, cartilaginibus præterea, & tanquam ossibus conferta. In media insuper uteri cervicæ tumorem notavimus crassitie, & rotunditate meleagris ovo similem, substantiam durum, cartilaginofum & ossium, totam cervicem occupans, præsertim verò uteri interioris orificium, quod Gallorum vulgus Coronamentum nominat, adeo ut hac nihil in uterum ingredi & egredi posset. Pen. H. debeat omnis illa moles libras novem & uncias. *Parent. l. 23. cap. 24.*

PODIS AFFECTUS. HEMORRHOIDES.
AZORI Palæstini gravissimo podicis morbo & dyntericiis passionibus affecti, ob arcam Domini in ædem Dagon illatam, arcam Gethis transmittere cogebantur. *1. Reg. 6. & 7. item 3. Reg. 6.*

Traditur monumentis Græcorum, ob Paridis necem in morbum femineam mox Philotheten incidisse. Quo nomine is erubescens, deserta patria, civitatem condidit, quam ex re Malachiam dicit. De picia intelligit *Cel. l. 6. c. Ant. Lett.* Rediūs hæmorrhoides homini melancholico supervenisse suspicantur.

PHIL. Beroaldus Grammaticus insignis sæpissime hæmorrhoidum morbo infestabatur, non fine maxima sanguinis profusione. Postremò admoto igne sanatus est. *Barr. Blanchinus in ejus vita.*

FICUS.
De familia siccò Romani cujusdā, *Mari. Epig. l. 7. sic scribit:*

A *Ficosa est uxor, ficosa & ipse maritus.*
Filia ficosa est, & gener atque soker.
Nec dispensator, nec uillius uero turpi,
Nec rigidus fessor, sed nec arator eget.
Cum sint ficosi pariter iuuenesque senesque.
Res mira est, ficos non habet unus ager.
ULCERA ANI.

INNOCENTIUS exadlocatus vicarie praefecturae, Augustinum & fratrem ejus Alamanum deo seruientes, ut erat cum tota domo sua religiosissimus, ex Italia venientes, Carthagine suscepit. Curabat ut medicis propter fistulas, quas numerosas, atque perplexas habebat in posteriore, atque ima corporis parte. Jam seuerant eum, & artis suae caetera medicamentis agebant. Passus autem fuerat in sectione illa diuturnos & acerbos dolores. Sed unus inter multos sinus sefellerat medicos, atque ita laterat, ut eum non tangerent, quem sero aperire debuerant. Denique sanatis omnibus, quae aperta curabant, iste remanserit solus, cui frustra impendebatur labor. Ergo cum etiam hunc sero aperiri essent, pios illos viros, Saturninum Uagellen Episc. Gelosium presbyterum, &

DIACONOS Carthaginensis Ecclesiae (qui eum, sicut solebant, vespere visitabant) rogauit, ut mane dignaretur esse praesentes suo funeri potius quam dolori. Consolati sunt eum illi, & horati, ut in Deo fideret, eisque voluntatem virum eum ferret. Inde ad orationem ingressus sumus, inquit *D. Aug.* Ubi nobis ex morte genia sicutibus, atque incumbentibus terra, ille se ita proiect, tanquam fuisset aliquo impellente graviter prostratus, & cepit orare tanto cum animi impetu, & gemitu, & fluuio lachrymarum, & singultibus succutientibus omnia membra ejus, & penae interclaudibus spiritum, ut ego profusus orare nil possem, & hoc tantummodo breuiter in corde meo dicebam: Domine, quae tuorum precibus exaudis, si has non exaudis? Nihil enim mihi videbatur addi jam posse, nisi ut exspiraret orando. Surreximus, & accepta ab Episc. benedictione, discessimus. Cum illuxisset, aderant serui Dei, sicut se affluos esse promiserant. Ingressi sunt medici, parantur omnia, quae hora illa posebant. Nudatus locus, inspicit medicus, & finem inquit modis omnibus: inuenit firmissimum cicatricem. Jam illa lacerata, & laus atque gratiarum actio misericordiae & omnipotentis Deo, quae fusa est ore omnium lacrymantibus gaudis, non est committenda meis verbis: cogitetur potius quam dicatur. *Aug. l. 22. de Civit. Dei c. 8.*

CONCRETUS ANUS.
 Yaccam fuisse Petrinum, acceptissimum, cui cibi extremum extenuatum per vesicam transmittebatur, dissectusque anus denuo coalescebat prope, nec resecando evinci potuit vitium. Puerum ejusmodi natum in patria mea Joanni Ludovico Stellae vidimus, cui dissecta parte obducta, etiamnum superites est. *Cal. l. 4. c. 19. A. L.*

BRACHII, MANUUM, DIGITORUM AFFECTUS.

PRAECISIO MANUS. DIGITORUM MUTILATIO.
 CILICON sive Achæus, Miletum patriam prodiderat Priensibus, Cujus perfidiam lanus quidam Theagenes sic ultus est. Cilicon adiit Theagenem in macello, empturus carnes. Lanus dissimulato odio, porrigit carniem partem, veluti resecturus, quod sperasset. Cilicon profert dexteram, ex aduerso retenturus carnes. Theagenes machara sublata, proditoris manum amputavit; ac ne id videretur errore factum, addidit: Ista saltem manu posthac non proditurus es ullam civitatem. Applaudatur lanio, quod impium pro dignitate tradidisset. Hinc adagium, Ciliconis exitium. *Suidas.*

CYNERIO Atheniensis in pugna navali ad Arthemisium navem Persicam detinenti detruncatae fuisse manus. *Herod.*
 AGENIUS pollices ab Atheniensibus, ut classe potentes populus, in certamen maritimarum virum secum descendere nequiret. *Pal. l. 9. c. 2. Quamvis Cal. l. 15. c. 27. ex Aelian. l. 2. de var. hist. causam aliam asserat, ut ne hactenus gestare possent, possent autem remis uti.*

Alexander M. octingentos Græcos, qui olim capti a Persis, & praecisis manibus mutilati erant, humanissime excepit, & magnis numeribus consolatus est. *Suidas.*

Exploratori Carthaginensium, quid bello Punico secundo, biennium Romæ sefellerat, manus praecisa. *Sab. l. 1. Em. 5.*

Aldruba Rex capta Sicilia bellum pop. Rom. denunciavit. Adversus quem missus cum imperio Metellus, fudit eum praeco: in quo L. Gaucio, vir nobilis, dum Aldrubalis navem retinet, jacturam fecit manuum suarum: ut scribit Mithridates, à quo argumentum mutatus est Dionysius Siculus. *Plut. de Græcor. & Rom. comparat.*

D. MARCUS quidam Eremita, ut sacerdotio reprobatus ha-

beretur, pollicem sibi amputasse dicitur. *Marul. l. 1. c. 6. E.*
 An. 937. Sieghertus, & Vitichindus scribit, eundam manum ferro praecisam, post annum duntaxat restitutum fuisse, & locum conjunctionis sanguinea notari linea.

RODOLEVS Sueciae Dux, æmulus Imperii Henrici IV. Imp. dextra in praeco amputata perit. *Bonif. l. 3. dec. 1.*

MOYSES Bajazetis Turc. Reg. F. bello contra Mahometi fratrem, du Chalanè Janazarorum ducem, quia fratrem defecerat, peremit, à seruo Chalanis manu truncatus est. Calamitate ducis motus exercitus, ad Mahometum perisse defecit. *Chalcom. l. 4.*

LACTANTIO Florent. olim à secretis Clem. VII. postea vero Principis Florent. cum manus sinistra praecisa fuisset, & Nussia Medico dextra, dum simul fabularetur, quibus affirmabatur, in trunco brachii sensum digitorum massis, juxta nervorum in digitos descendendum ratione. Et quod mirabilis est, prout eos nervos in memoriam quasi digitorum vexante, alterius manus digitorum correspondentium scalpi cum ore prurium in nervis cessare solitum. *Cardan. de rer. var. l. 8. c. 44.*

An. 1498. Florentini Butrii aggressi, per deditorem oppidum cepere: omnibus tormentorum Magistris, ne amplius exercere artem possent, manus dextras praeciderunt, suaque cujusque collo pensata eos dimiserunt. *Bemb. l. 4. hist. Ven.*

HORUCIUS Barbarusque F. pirata, Bugeæ oppugnans, tormenti sicut dextra amissa, ferream sibi fieri curavit. *Jovius. l. 33. hist.*

Nobili cuidam ad Druidas commisso praeco, vitulos tantum gladio militari ad dextrae manus externa parte articulum infixit erat, ut tendinibus, qui pollicem erigunt, plane resectis, etiam consolidata & pensata plaga, pollex intro inflexus & in manus volam demissus maneret, nec extendi & ferrigi posset, nisi forte vi revulsus ab altera manu, sed tum etiam statim revolvebatur. Itaque nec enssem ipse, nec pugionem, nec hastam capere, aut tractare poterat, atnis omnino inutilis, sine quibus vita nulla putabatur. Cùm ex de amputato inutili illo & comprehensio officiente pollice me confileret, negavi, & theca ex ferro albo ipsi efformata curavi, in qua cum pollicis ipsi inderet, duobus loris ad armillas duas supra manus articuli sic artificiose theca illa vincita, & colligata firmabatur, ut intentus, et cunctis pollex maneret, ideoque militarium armorum genus omne capere & tractare posset. *Par. l. 22. c. 10.*

TIMOCRATES Heracleotes, quum juvenis quidam ex agro G non mediocri pondus in urbem dextra manu tulisset, ob eamque impleta manus fuisset, justis, ut pari pondere sinistra impo sito tantumdem iterum conficeret: ita enim fore, ut manus tumor evanesceret. Qua re confecta, statim tumor cessavit. *Ori. l. 8. Med. coll. c. 19.*

EX T E N U A T I O.

HIEROBOAM Regis manus adversus Jadonem Prophetam, eum ob Idololatriam reprehendentem, extenta, arida facta, sine supore resoluta est: sed precibus Jadon restituta. *Mar. l. 4. c. 4. & 3. Reg. 13.*

Christus quendam manum habentem aridam, die Sabbati in Synagoga sanitati restituit. *Matth. 12. Marc. 3. Luc. 6.*

PICTORI cuidam Constantino politano anno 462. Christum Jovis forma pingere auso, repente manus exaruit, eumque scelus suum confestim, Gennadius Episcopus, qui jam pridem Anatolio successerat, precatione ad Deum facta, sanavit. *Sig. l. 4. Imp. occid.*

Expulsus Orthodoxus ab Hænerico Vandalorum Rege Ariano in agrum Uticensis ad labores durissimos, confessorio cuidam manu habentiarum, Christianos precibus conjunctis restitutum empertrasse, scribit *Vitor. l. 2. de perfec. Vand.*

DBERN. POKER ulro habenti manu brachii quatuor ab inuentu etate, sanitatem restituit, eum pro illo oratorem. *Auctor vita.*

FR A C T U R A.

Cùm Ruslori quidam Principes Vilna venissent ad Casimirum Polonorum Regem, intromissi non sunt ad Regem. Cumque unus ex iis importunius urgeret, ac digitum fortibus paululum adaperit inseruisset, janitor cum attractis vehementius fortibus pressit & confrigit; sed facinus capite lux. *Crom. l. 29.*

DE B I L I T A S.

OCTAVIUS Caesar dextrae manus digitum salutarem, tam imbecillum interdem sentiebat, ut torpentem contractumque frigore, vix contra circuli supplemento scripturæ admoveeret.

RE S O L U T I O.

Tacitus ac Suetonius affirmant, se ab iis, qui viderunt, audivisse, Vespasianum Alexandriæ in Ægypto, initio imperii, quendam manu ceu dextrae debilitatum, pede tactum sanasse.

DI G I T I C O N N A T I.

HERAJCUS fertur ex utero matris prodidisse, indice silentii digito

A digito labii admoto, quomodo Ægyptii fabulantur natum esse Orum, & ante Orum, Solem. Itaque cum is digitus labiis adhereret, sectione illi fuit opus, & labrum semper incisum permansit, conspicuum omnibus signum arcanæ illius nativitatis. *Suidas.*

PEDUM AFFECTUS. PRÆCISIO.
 HÆCISTRATUS Heleus aruxep, captus à Lacedæmoniis, & in vincula conjectus, quum ferratis soleis victus esset, dimidium pedem praecidit, ut se compediulis illis eximeret: demum subnato moro periculum effugit, deceptis excubitoribus. *Herod. in Calliope.*

Hannibal Romanos captivos, oneribus & itinere fessos, prima pedum parte fuscata relinquebat. *Pal. l. 9. c. 2.*

DIVITI cuidam Asiano quum pedes forent abscissi, qui frigoris nimietate computruissent per nives iter facienti, ut aliquo modo calamitatem leniret, ligneos sibi pedes conficiendos curavit, quibus subligatis interim etiam fervis innitens incederet. Sed ridiculus eò præcipue fuit, quod summa cura scienter politique confectas soles comparabat subinde, quibus lignos illos pedes præfulciret, veluti visenda plane res esset, lignum crepidis inductum. *Cal. l. 30. c. 15. A. L.*

Apud Septentrionalis populus si quis in castris adustione frigoris perpetuo debilitatus fuerit, eijuxta qualitatem honoris & generis, liberale subsidium, quo in reliquum tempus commodissime vivat, morte veteris militia deputatur à sisco: quod & Principis munificentiam ampliatur. Pro remedio tamen adusti corporis in frigore, utnrum cinere pellis leporinae. *Olaus. l. 11. c. 27. Septem regionum.*

L U X A T I O.

DARIUS rex in venatione ab equo desiliens, talum luxavit. Ægyptii medici cum frustra remedia adhibuissent, Democedes tandem Cronotaria eum sanavit. *Herod. l. 3.*

FR A C T U R A.

Monachi Malmendenses, postquam frustra lachrymis & precibus liberam restitutionem sui cenobii à Cæsare, qui id Colonienis antistiti subjecerat, petissent: offa S. Remacii Redulm deferunt, mensaque regis convivium agentis imponunt: quæ onere fracta, crus pedesque Viri cuiusdam nobilis contrivit, qui tamen per intercessionem S. Remacii, implorata Dei ope, pristinam sanitatem ita recepit, ut ne cicatricis quidem ullum remaneret vestigium. Cumque etiam alia ad reliquias illas ederetur miracula, rex & ablata restituit, & munera monachis contulit, anno 1071. *Schafnaburgensis.*

V U L N E R A.

HERCULES à vulnere in coxa lanatus, quod in pugna priorè contra Hippocoentem acceperat, templum Coryleæ Aesculapio, in via, quæ à Sparta Therapam ducit, extruxit. *Paull. in Lacon.*

CAROLUS Zenus Venetiarum dux contra Ligures clarissimus, cum vulnus accepisset in genu lethale, nec imposita medicamenta quicquam proficerent: ferunt, Gallogæ cum medicum fano genu medicamentum imposuisse, ex quo convaleuit. *Cardanus de Rev. var. l. 8. c. 44.*

I N F L A M M A T I O.

AGESILAUS rex Spartanorum, Megaræ exercitum ex agro Thebano reducens, dum ad curiam in arce scandit, convulsione & ingenti cruciatus sanum crum ejus corripuit, mox intumuit, & sanguine distentum apparuit, immanemque excitavit inflammationem. Cùm medicus quidam Syracenus venam ei secussit sub talo, dolores sedati sunt: cæterum copioso manante & prorumpente sanguine, qui sitti nequebat, vehemens animi defectus & præcepit inde periculum circumferret Agefilam. Suppreto tandem sanguine delatus Lacedæmonem, perditu imbecilla valetudine fuit. *Plut. in Agefilao.*

D O L O R.

Vide Tit. Articularis morbi, Podagram quoque completentis.

U L C E R A.

Cùm in tibia diu quidam ulcus haberet, vena superposita, quæ varicosior erat, excisa, illico quidem ex ulcere antiquo curatus est; sed quoniam incisione vena exempta est ulcus insanabile permansit. Deinde vero aliquanto post annum, cum unus præceptorum Galeni, quos Pergami habuit, Stratonicon nomine, Sabini Hippocrati discipulus, venam in cubito hominis secussit, spe castæque sanguinem crassum atrumque excerni, postero die rursus parum detraxit, tum tertio & quarto similiter parum. Cumque aliis tri-

bus medicamine atrum humorem evocante purgasset, atque E ei victum boni succi præmolitus esset, ad ulceris curationem descendit. *Galeni de Attrabile l. 3. c. 4.*

TUMOR.

DEMONACTI seni crura intumuerant. Id videns quidam: Quid istuc, inquit, mali est Demonax? Tum ille: Charon, inquit, me momordit. Pro cane dixit Charontem: innotens senectutem mortis vicinam. *Eras. l. 8. Apoph.*

JOACHIMO Kobel Saxoni, Scheuincensi præfecto, in sinistro crure steatoma enarum ultra duravit, absque dolore. Illud cum in equestri certamine graviter offendisset, inflammatione vehemente coorta, tumor tandem apertus, lapidem avellane magnitudine, angulorum, rotundum tamen & spadicum, cum pellicula sanie plena exhibuit. *Jo. Kentmannus de Calculis hum. corp.*

RESOLUTIO SCELETYRBE. AFFECTUS PARTIUM CORPORIS.

Consule Tit. Paralyticos.
HOMOGENEARUM. PUTA
AR T I C U L O R U M D O L O R .
Vide Podagra.

NERVORUM. RESOLUTIO, PARALYSIS.

Infestat.
 Quum SPEUSIPPUS paralyti resolutus, vehiculo deportaretur in Academiam, ac Diogeni forte obvio dixisset, *παρὰ*, respondit: At non tu, qui ad istum affectum modum sustineas vivere. Cynicè sentiens, esse veri philosophi, sponte mortem acciscere, postea quam desit esse usui ad vitam humanam. Idque fecit postea Speusippus. *Eras. l. 3. Apoph.*

Eundem cruribus resolutum Diogenes hortabatur, ut seipsum vita privaret. Cui ille: Non cruribus, inquit, vivimus, sed mente. *Stob. ferm. 116.*

SERVULUS mendicus, ut in homeliis & in dialogis Gregorii refertur, toto vite tempore paralyti laboravit. In doloris accessibus Deo gratias agere, hymnos cantare, & concitatore quodam spiritu aliquid de Scripturis, quod audiendo dicerat, recitare solebat. *Marul. l. 5. c. 2.*

SIDERATUS quidam altera corporis parte ab Adriano Imper. stipem petebat, *l. 1. Epigr. amm.*

Ημερώς τήνδικα, τὸ δ' ἡμερο λυσιέ ἰδύχης
Σάου μω, βααλιώ, μωακὸν ἡμῶτων.

Respondit *Adrianus:*
Ἀποτίμω ἀδύχης, τὸ πῆλως, τὸ παρόντα
Τὸν δὲ εἰς εὐσπορον, τὸ δ' ἀπαλατῆδω.

AVICENNA scribit, fuisse quendam, qui, quum veller, corpus suum paralyti oblectabat: nec à noxiis feriebatur animalibus, nisi quum ea ipse cogeret; quæ tamen mox intermorentur. *Cal. l. 20. c. 16. A. L.*

PONTANUS scribit, Mattheum Aquilanum pedibus & manibus captum fuisse: neque tamen à Theologia & Philosophiæ professione destitisse.

GEORGIVS Fronspergus, Germanorum in Italia Caroli V. nomine dux, aureum laqueum, quem sinu deferebat, Pontifici, & totidem singulis Senatoribus purpureos sericos, ut se carnificè necarentur, comminatus, in paralytum incidit. Hunc Alfonso Atefinus dux Ferrariæ curandum medicis Ferrariam devehit jussit, contulique ei liberaliter cuncta Hospitalis amicitiae officia. Quæ benignitate tanquam inemptiva invidioaque Clemens VII. Pontifex non mediocriter est offensus. *Jovius in Alfonso Atefino.*

Curatio miraculosa.

Jesus Christus Centurionis Capharnaitani famulum paralyticum solo sanavit verbo abiens, cum Centurio indignum se fateretur, sub cuius tectum Dominus ingrederetur. *Matth. 8. Luca 4.*

In urbe Capharnaum Paralyticum per tectum domus fubius demissum Christus curavit. *Marc. 2. Matthæi 9. Luca 5.*

Mulierem, quæ XVIIII. annis spiritum infirmitatis habuerat, & contracta erat, Christus in synagoga sabbaro curavit manuum impositione. *Luca 13.*

Paulus Apostolus Lyddæ Enaxam octo jam annos in grabato jacentem paralyticum in nomine Christi sanavit. *Actorum 9.*